UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Bucolicorum. P. Virgilij Maronis luculentissima ac familiaris vocabulorum explanatio

Vergilius Maro, Publius

Anduerpiæ, 1521

urn:nbn:de:hbz:466:1-30564

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

F. IX.
16

Th. 5971.

E IX
16

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Michael roppens Carmelita Geraldimontanus est custos huius libri

Jo. Roffensis contra Lutheri capt. Babyl.
contra Luth. de fide et operibus.
contra Lutheri 41. articulos.
De aqua benedicta et Vita Beata.
De patientia Bapt. Mant.
Ejusdem de Fortuna.
Bucolica Virgilij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bucolicorum. P. Virgilij

Maronis Iuculentiſſima ac familiaris vocabulorum explanatio. Per Hermannū Torrentinū.

## VIRGILIVS DE SEIPSO.

Melliſluum quiſquis Romanum neſcit homerum
Me legat, & lecto credat vtcunq; ſibi.
Illius immenſos miratur Græcia campos.
At minor eſt nobis, ſed bene cultus ager
Non miles, paſtor, curuus non deſit arator
Hæc graijs conſtant ſingula, trina mihi.

## IDEM.

Paſtor arator eques, paui colui ſuperaui
Capras rus hoſtes, fronde ligone manu.

Anno. M. CCCCC. XXI. XV. Martij.

G V



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PROEMIVM.
## In. P. Virgilij Maronis Bucolica Hermanni Tortentini Commentarij.

Virgilij natalis ⁊ patria

VIgilius Maro, Latinorũ poetarũ facile princeps natus fuit. Cn. Pompeio. M. Licinio craſſo primũ ꝯſulibus Idibus Octobribus in pago qui andes appellať/nõ longe diſtans ab vrbe Mantua. Parentes hẽbuit modicos ⁊ ruſtice rei ſtudioſos/ipſe tñ ingenij bonitate litterarũq; flagrantia clarus immo clariſſimus euaſit. Auguſtoq; Cęſari charus fuit. Nã cũ ⁊ latinis ⁊ grecis litteris apprime eſſet edoctꝰ ad poeticẽ ſe ꝯtulit Adhuc fere puer in baliſtam latronẽ hoc diſtichon ſcripſit. Monte ſub hoc lapidũ tegiť baliſta ſepultus Nocte dieq; tutũ carpe viator iter. Deinde adoleſcẽs Moretũ Culicẽ ⁊ alia ſcripſit opuſcula. Annos ãt octo ⁊ viginti natus Aſinij Pollionis hortatu Bucolica ſcribere cepit: trienniõq; ꝑfecit. Quoꝝ ſcribendoꝝ cauſa hęc fuit Auguſtus Cęſar agros Cremonenſiũ q̃ hoſtibus ipſius fauerãt militibus ſuis dederat. Sed cũ agri illi militibus nõ ſufficerẽt additi ſunt eis agri Mantuani q̃ erãt ꝓximi. Virgilius itaq; ſuo quoq; priuatus agro Romã venit ⁊ interuentu Pollionis ⁊ alioꝝ procerũ agrũ ſuũ recuperauit/qđ in ęcloga prima ⁊ alijs quibuſdã locis apte oſtendit ⁊ Auguſto gratias agit.

Bucolica

¶ Bucolica vero interpretanť paſtoralia. i. colloquia ł carmina paſtoꝝ. Nã bucolicos grece dr̃ boũ paſtor. Vñ bucolicus. i. paſtoralis ł ad bucolicũ ꝑtinens. Apud grecos bucolica ſcripſit Theocritus Sidus/quẽ Virgilius imitatus ẽ/⁊ multa illius carmina in latinũ traduxit. Diuiduntť ãt Bucolica in decẽ particularia carmina q̃ vocanť ęcloge/licet vulgo ſcribanť ęgloge. Sed Neſtor Nouarinſis oſtendit c nõ g debere eſſe ſecundã litterã.

Ecloga

¶ Aecloga interpretať eloquiũ teſte Joanne Caſtrono. Itẽ cũ tria ſint genera dicendi ſiue ſcribendi autore Tullio. Humile ł tenue/temperatũ ł mediocre/grandiloquiũ ł ſublime. Virgilius aptiſſime vſus ẽ his tribus generibus. Nã bucolica ſcripſit humili ſtilo ꝓut exigebat materia. Georgica ãt mediocri. Eneada vero ſublimi ſtilo ꝯpoſuit. A Bucolicis igiť auſpicanda poeſis ẽ qđ Itali faciũt apud quos pueri Bucolica ediſcũt/ob idq; litterati atq; diſcreti iuuenes euadũt. In nr̃a vero barbarie perrarus ẽ etiã ꝓuectus in philoſophia q̃ bucolica teneat. Immo qđ indignius eſt multi nephas arbitranť poeſim legi/ſine q̃ tñ nemo litteratus fieri/nemo priſcos illos theologos intelligere poteſt. Nos igiť ob adoleſcentũ ſtudioſoꝝ qualemcũq; ꝓfectũ/iſta diuino freti fauore collegimus/ vt quibꝫ audiendi Virgilij copia nõ dať ſaltẽ legendi illius aliqua ſit facultas/⁊ vt ꝑ ſeipſos vtcũq; intelligãt quibus deeſt vnus interpres. Nã his bucolicis (q̃ principiũ poeſeos ſunt) intellectis ⁊ cognitis facilior erit ad alia maiora ꝓgreſſio. Faceſſat igiť inuidia/ſileãt emuli/quibꝫ vnus is labor ẽ/alioꝝ labores carpere/cũ ipſi nihil in mediũ afferãt niſi forte alijs ablatũ ⁊ qđ intollerabile ſcelus ẽ clã lectitãt atq; diſcũt qđ palã vellicãt atq; vituperãt Sed hos cũ ſua ſtultitia vł potius malicia relinquamus indigni ſunt eñ de quibus verba fiant.

## P. Virgilij Maronis Bucolica Aecloga prima, Cuius interlocutores ſunt Melibæus & Tityrus.

Melibęus

Tityre tu patule recubans ſub tegmine fagi
Siluestrem tenui muſam meditaris auena
Nos patrie fines & dulcia linquimus arua
Nos patriā fugimus tu Tityre lentus in vmbra.
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſiluas.

¶ In hac ęcloga pͥma duo mantuani paſtores inducunt. vnus triſtis .i. melibeus exiens patriā cū ſuo grege. Alter vero .ſ. tityrus letus gregē ſuū in paterno rure paſcēs. Melibęus igit̄ Tityrū ſic alloquit̄. ¶ Conſtru. O (Tityre tu recubās) .i. iacēs (ſub tegmine patule fagi) .i. illius arboris expandentis ramos ſuos (meditaris) .i. exerces (ſiluestrē muſam) .i. ruſticū carmē (tenui auena) .i. ſub tili phyſtula (nos) alij paſtores (linquimus fines patrie) nr̄e: ⁊ linqmus (dulcia arua) .i. agros nobis placētes (nos etiā fugimus patriā) O (tityre tu lentus) .i. ocioſus l' ſecurus (in vmbra) .i. ſub frondibus (doces ſiluas reſonare formoſam amaryllida) .i. illā mulierē amicā tuā. ¶ Nō q̄ tityrus hic ſt̄ virgiliū q̄ vt dictū ē agros ſuos receperat ab auguſto: ⁊ ideo quiete ſedebat cū alij expellerentur.

¶ Patulus .i. aptus aut diffuſus ⁊ latus a ꝟbo pateo q̄ ſcat aptus ſum. ¶ Fagus ē arbor glandifera cuius fructus olim edebat̄. Vn̄ dr̄a greco ꝟbo phago: qđ ē comedo. ¶ Meditari ē cogitare vt in pͥmo eneydos. Quo circa capere an̄ dolis ⁊ cingere flamma Reginā meditor. Etiā ſt̄ exercē: vt hoc loco. ¶ Muſa grecū nomē ē / ⁊ ſt̄ carmē vt hic l' deā carminis Vn̄ ſcđm poetas ſunt nouē muſe inuētrices oīm bonarū artiū. ¶ Auena ē ſpēs frumēti ⁊ infra. Steriles dn̄ant auenę. Ponit̄ tn̄ ſepe ꝓ phiſtula vt hoc loco. ¶ Patria eſt locus naturalis. vt Colonia ē patria mea. ¶ Aruū ē pars agri q̄ ſerit̄. ¶ Lentus ē flexibilis vt infra. Lenta ſalix. accipit̄ ꝓ tardus ⁊ ꝓ ſecurus l' ocioſus. Hinc lentare .i. flectere ⁊ lenteſco lentus fio. ¶ Vmbra ē obſcuritas ⁊ etiā qđ facit obſcuritatē vl' qđ impedit ſolē. vt frondes arboꝝ. Vn̄ vmbella inſtrumentū qđ eſtu tenet̄ ꝯtra ſolē ne facies ledat̄. ¶ Amaryllida ē accūs grecus a nō amaryllis ⁊ ē ſenſus. Tu ita alte canis amaryllida vt ſilue reſonent hoc nomen. Nam in ſyluis ſit reſonantia vocis que dicitur echo.

Patulus | Fagus | Meditor | Muſa | Auena | Patria | Aruum | Lentus | Vmbra | Amaryllida

Tityrus

O melibeæ deus nobis hæc ocia fecit
Namq̨ erit ille mihi ſemper deus, illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus
Ille meas errare boues vt cernis, & ipſum
Ludere que vellem calamo permiſit agreſti.

¶ Tityrus melibęo reſpondet oſtendēs q̄ bn̄ficio cęſaris quē deū ſuū vocat retinuerit bona ſua. ¶ Conſtru. O (melibeę deus fecit nobis hęc ocia) .i. ſecuritates vt nō timeā hoſtes ſicut tu ⁊ alij (nāq̨ ille) auguſtus (erit mihi ip deus) .i. colā eū ſꝑ vt deū (tener agnus ab ouilibꝫ nr̄is ſępe imbuet) .i. implebit (arā illius) .i. altare dedicatū cęſari (ille) cęſar (pmiſit meas boues) .i. vaccas (errare) .i. ſine timore paſci (vt cernis) .i. ſicut vides (⁊ pmiſit meipm ludere agreſti calamo) .i. cantare ruſtica carmina (q̄) .i. quęcūq̨ (vellē ludere). ¶ Nō q̄ cęſar Auguſtus ita dilectus fuit rome vt etiā viuus coleret̄ ꝓ deo Vn̄ ad ipm ita ſcripſit Horatius. Preſenti tibi diuinos largimur honores, Iurandaſq̨ tuū p nomē ponimus aras. poſtea tn̄ Auguſtus admonitus a Sibylla diuinos honores reſpuit vt q̄dā ſcripſerūt. ¶ Ociū ē ceſſatio ab ope. Cice. Rome ſummū ociū ē: ſed ita

Auguſtus | Ocium

vt honeſtū negotiū malles. ponit̄ p̄ tranquillitate l' ſecuritate: ſicut negotiū p̄ tur-
Ouile batione ꝛ moleſtia. ¶ Ouile ē ſtabulū ouiū ſicut equile ſtabulū equoꝝ ꝛ porcile
Imbuo porcoꝝ. Imbuo ſꝫ inchoo Ouidi. Ipſe tuū p̄mus imbue dixit opus. etiā ē infun
Bos dere ꝛ implere Salu. Animus imbutus malis artibꝫ. ¶ Bos ꝛ taurū ꝛ vaccā ſꝫ
Calamus licet ſepius accipiat̄ p̄ tauro caſtrato. ¶ Calamus grecū ē ſ͞ficās arundinē/ſed
ponit̄ p̄ phyſtula vt hic. Itē p̄ penna ſcriptoria Perſius. Tunc querit̄ craſſus
calamo ꝙ pendeat humor. Itē p̄ ſagitta vt infra. Fregiſti ꝛ calamos.

Melibæus Non equidem inuidio, miror magis, vndiqꝫ totis
Vſqꝫ adeo turbatur agris, en ipſe capellas
Protinus æger ago. Hanc etiā vix Tityre duco
Hic inter denſas corylos modo nanqꝫ gemellos
Spem gregis, ah ſilice in nuda connixa reliquit
Sæpe malum hoc nobis, ſi mens non læua fuiſſet
De cœlo tactas memini predicere quercus
Sæpe ſiniſtra caua predixit ab ilice cornix
Sed tamen iſte deus quis ſit da Tityre nobis.

¶ Conſtru. (Equidē). i. ego qdē nō (inuideo) tibi iſtā p̄ſperitatē (magis). i. ſed (miror) ſcꝫ ꝙ oībꝫ alijs turbat; tu ſolus agis quietē (turbat̄). i. turbatio fit (vſqꝫ adeo). i. tā valde (totis agris). i. oībus locis (vndiqꝫ). i. ex oī parte (en ego ipſe ęger ago capellas). i. duco capras (p̄tinus). i. longe a patria. O (tityre etiā vix duco hāc) capellā debilē (nāqꝫ ipſa ɔnixa). i. enixa (mō). i. paulo añ (gemellos). i. duos fętus (ſpē gregis). i. maſculū ꝛ fęminā de quibꝫ ſperauerā mihi futurū gregē (hic inter denſas corilos (reliqt) eos (in nuda ſilice). ſ. qꝛ eos portare nō potui ꝛ oportebat fugere: his v̄bis ſingulis mouet magnā ɔmiſerationē ſui. Sequit̄ (memini quercus tactas de cęlo). i. fulminatas (predicere). i. predixiſſe (nobis ſ. pe hoc malū ſi mens nō fuiſſet leua). i. ſtulta ꝛ nō ɔſiderās (ſed tñ) o (tityre

Inuidere da). i. dic (nobis quis iſte deus). ¶ Inuidere ē dolere de alicuius bono l' nō poſ
Adeo ſe pati ꝙ alius bñ habeat. Et iungit̄ dtō ꝛ accō. vt inuideo tibi hāc rē. ¶ Adeo ē
Turbatur aduerbiū quantitatis ſ͞ficās tā l' tā valde Vñ vſqꝫ adeo qd̄ idē ē. ¶ Turbat̄ ē im
p̄ſonale v̄bū ꝛ melius legit̄ turbat̄ qd̄ ad oēs p̄tinet ꝙ̄ turbamur qd̄ ad paucos.
Capella Nā cōis erat clades mantuanoꝝ. ¶ Capella ē diminutiuū nomē a capra. Vul-
Corylus gus male vtit̄ capella p̄ ſacello. ¶ Corylus ē arbor p̄ferens nuces auellanas.
Gemelli ¶ Gemelli ſunt duo ſimul nati de vna fęia Gemellos ſpem gregis /ē appoſitio.
Memini ¶ Memini qꝛ preteriti tp̄is ē: melius iungit̄ ei infinitiuus preſentis tp̄is ꝙ̄ preteriti vt hic infra. Cantando puerū memini me ɔdere ſoles Teren. Ego illā memini videre forma bona De cęlo tactas ꝛc̄. Antiqui putabāt fulminationē ſ͞ficare infortuniū illoꝝ quoꝝ res eſſent fulmine tacte. Da ponit̄ hic p̄ dic: ſicut alibi accipe p̄ audi poſuit.
Leuus ¶ Leuus ē id ꝙ ſiniſter. vñ leua dr̄ ſiniſtra. Accipit̄ etiā leuus p̄ ſtultus ꝛ p̄ ɔtrarius. vt Leua numina.

Tityrus Vrbem quam dicunt Romam Melibeæ putaui
Stultus ego huic noſtræ ſimilem, quo ſæpe ſolemus
Paſtores, ouium teneros depellere fœtus
Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hædos
Noram, ſic paruis componere magna ſolebam
Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

¶ Tityrus interrogatꝰ a melibeo q̄s deus ei preſtitiſſet auxiliū. Primo rn̄det de loco vbi ille morat᷑.ſ.vrbe roma quā ſumme laudat. ¶ Conſtru. O (melibee ego ſtultus putaui vrbē quā dicunt).i.vocāt (romā) eſſe ſimilē (huic nr̄e) vrbi.ſ. mantue (q̄).i.quā vrbē: nos (paſtores ſolemus ſepe depellere).i.a matribꝫ ſuis ducere cā vendēdi (teneros fetus ouiū).i.agnos (ego norā ſic catulos).i.fetus canū eſſe (ſiles canibꝫ ⁊ hedos ſiles eſſe matribꝫ ſuis).i.capris ⁊ (ſolebā ſic ꝯpo nere).i.ꝯparare (magna paruis).ſ.rebꝫ (Verū).i.ſed (hec) roma (extulit caput).i.exaltata ē (inter alias vrbes tm̄).i.tā valde (quantū cupreſſi ſolēt) extollere ca put (inter lenta viburna) illos frutices.i.roma tm̄ excellit alias vrbes quantū cu preſſus excellit viburnū. Nō ꝙ tityrus laudando romā laudat etiā Ceſarē prin cipē rome. ¶ Vrbs ē quelibet magna ciuitas. vt vrbs carthago. vrbs mantua. Sed ꝑ ſe poſitū ꝑ excellentiā ſꝫ romā. ¶ Stultus dr̄ nō valde ſapiens. Fatuus vero q̄ nihil ſapit. ¶ Quo ē hic aduerbiū relatiū ⁊ refert nomē. ¶ Fetus dr̄ oīs partus cuiuſlibet aīalis. vt Fetus auiū/ouiū/caprarū. hinc fetura de qua infra. ¶ Catulus ꝓprie dr̄ pullus canis/ſed accipit᷑ ꝓ pullo cuiuſlibet aīalis indomiti Vn̄ legimus catulos leonū/ſerpentū/⁊ muriū. ¶ Hedus ē pullus capre. cuius diminutiuū ē hedulus. ¶ Componere ē duo ꝟ plura in vnū ponere. Etiā ē ꝯpa rare vt hic. Itē ſꝫ claudere vel finire vt infra. Nō nr̄m inter vos ⁊c̄. ¶ Cupreſ ſus vel cypreſſus ē arboris ſpecies/cuius lignū nō ſentit cariē. ¶ Viburnū eſt ſpecies fruticis breuiſſime.

Vrbs | Stultus | Fetus | Catulus | Hedus | Componere | Cupreſſus | Viburnum

Melibeus

Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi

Tityrus

Libertas, quæ ſera, tamen reſpexit inertem
Candidior poſtꝗ̄ tondenti barba cadebat.
Reſpexit tamen & longo poſt tempore venit
Poſtquā nos Amaryllis habet Galathea reliquit
Namqꝫ fatebor enim, dum me Galathea tenebat
Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi
Quamuis multa meis exiret victima ſeptis
Pinguis, & ingratæ premeretur caſeus vrbi
Non vnquā grauis ære domū mihi dextra redibat.

¶ Hic melibeus querit a tityro dicēs. ¶ Conſtru. (Et q̄ tanta cā vidēdi romā fuit tibi) cui tityrus rn̄det (libertas).ſ. fuit mihi cā vidēdi romā (q̄) libertas (reſ pexit) me (inertē ſera).i. poſt longū tp̄s. ſed (candidior).i. pulchrior (poſtꝗ̄ bar ba cadebat) mihi (tondēti).i. q̄ tondebat. libertas inꝗ̄ (reſpexit me ⁊ venit longo tp̄e poſt).i. poſtea.ſ. (poſtꝗ̄ amaryllis habet nos ⁊ galathea reliquit) nos (nāqꝫ dū galathea tenebat nos).i. ꝗ̄diu manſi mantue (nec ſpes libertatis erat mihi: nec cura peculij erat mihi).i. nihil habebā (ꝗ̄uis multa pinguis victima exiret ſeptis).i. ouibꝫ meis (⁊ pinguis caſeus ꝑmeret᷑).i. formaret᷑ a me ingrate (vrbi).i. mantue: tn̄ (dextra nō vnꝗ̄ redibat mihi domū grauis ere).i. plena pecunie. ¶ Libertas ē ptās viuēdi vt velis cui opponit᷑ ſeruitus ¶ Serus dr̄ poſt longū tp̄s veniēs. vt ſerus ver̄ teuto, ſpade. Etiā ſꝫ faſt ſpeet Quinti. Medicina mor tuorꝫ ſera ē. Hinc aduerbiū ſero. ¶ Iners dr̄ piger ꝟ negligens ⁊ ſine arte. Ton dere ē forfice abſcindere ꝟ breuiare. nā radere ē cultello penitus tollere veteres nō radebāt barbā vt nos ſed tondebāt vn̄ tonſores dicti. Et nō ꝙ etiā q̄ tondet᷑ dr̄ tondere. vt in Geor. Cinyphij tondēt hirci. ¶ Poſt ē aduerbiū. longo poſt tp̄e ꝟ ſm̄ Serui. ē achaiſmos figura q̄ prepoſitio mutat caſum. ¶ Galathea.i. lactea dea fuit amica poete in mantua. ¶ Peculiū dr̄ ꝓpria pecunia. vn̄ peculiaris.i. ꝓprius ꝟ ſeris. ¶ Septū dr̄ quilibet locus circūſeptus ⁊ ꝯcluſus. vt ouile/hortus

Libertas | Serus. Iners. | Tondere | Radere | Poſt | Galathea | Peculium | Peculiaris | Septum

**Melibęus** Mirabar quid mœſta deos Amarilli vocares
**Amaryllis** Cui pendere ſua patereris in arbore poma
**Tityrus** Tityrus hinc aberat, ipſe te Tityre pinus
Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant
Quid facerem? neq; ſeruitio me exire licebat
Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos
Hic illum vidi iuuenem Melibeæ, quotannis
Bis ſænos; cui noſtra dies altaria fumant
Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti
Paſcite vt ante boues pueri ſummittite tauros.

Nūc melibe⁹ alloquit̄ amaryllidē dī. ¶ Conſt. O (amarylli) nup̄ ego (mirabar q̄d). i. ꝓpter q̄d tu (męſta). i. dolēs (vocares). i. inuocares deos / ⁊ mirabar (cui patereris poma pendē in ſua arbore). i. quē expectabas cui reſeruabas poma. Tūc rn̄det amarillis / nō mireris hoc q̄ (tityrus aberat hinc) Deīn ipm̄ tityrū alloquēs ait. O (tityre ipe pinus). i. arbores ille (vocabāt te) ⁊ ipi fontes vocabāt te (hęc ipa arbuſta vocabāt te) Tūc rn̄det tityrus (q̄d facerē) q̄ (neq; licebat me exire ſeruitio). i. relinquē mantuā (Nec licebat cognoſcē alibi). i. alio loci q̄ȝ romę (deos tā p̄ntes). i. efficaces ad auxiliū. O melibeę (vidi hic). i. romę (illū iuuenē). i. cęſarē (cui). i. ad cui⁹ honorē (nr̄a altaria fumāt). ſ. ſacrificio (quotānis). i. ſingulis annis (bis ſenos dies). i. duodeci dieb̄. i. cui ſingulis menſib̄ p̄ oēm vitā meā ſacrificabo Ille cęſar dedit (p̄mus hic). i. romę (reſponſū) ſequēs (mihi petenti) Etiā ſequunt̄ v̄ba cęſaris ad tityrū ⁊ ſuos. O (pueri paſcite boues vt añ feciſtis: ⁊ ſūmittite). i. ſub iugū mittite tauros.
**Męſtus gręcus vtū̃s** ¶ Męſtus a ū dr̄ valde triſtis. iū męſticia magna triſtitia. Amarylli ē vtū̃s grecus. Nā grę̨ca noīa in is deſinētia faciūt vtm̄ in i breue. vt alexis o alexi. daphnis o daphni. phillis o philli ⁊c.
**Pinus** Pinus ē arbor alta hn̄s folia ſicut capillos.
**Arbuſta** Arbuſta ſt̄ breues arbores ⁊ nouelle. p̄ pinus accipimus hic p̄ncipes / p̄ fontes ſapiētes / p̄ arbuſta plebē. Nā oēs deſiderabāt virgiliū.
**Exire** ¶ Exire ſępius iungit̄ abltō vt hic ⁊ paulo añ inuenit̄ etiā cū accō Sta. Campū exire vetat. ita ⁊ Ouidi.
**Preſens** ¶ Pn̄s qn̄q; dr̄ efficax ł mox iuuās vt pn̄s medicina. pn̄s venenū.
**Diuus** ¶ Diui dicunt̄ deificati ł ſcti in cęlo. vt diuus paulus. diua virgo Maria. Iū̃ adiectiū̃ diuinus: nā diuus ē ſubſtātiū̃.
**Sūmittere** ¶ Sūmittere ē ſubijcē ł ſub iugū mittere Iuue. Sūmitte caput ceruice parata ferre iugū Iū̃ ſummiſſus. i. humilis ł nō altus. etiā ſummittere ē clam mittere.
**Taurus** ¶ Taurus ē bos maſculus ł mas vaccarū. Eſt etiā mons ſicilie ⁊ ſignū celeſte.

**Melibęus** Fortunate ſenex, ergo tua rura manebunt
Et tibi magna ſatis, q̄uis lapis omnia nudus
Limoſoq; palus obducat paſcua iunco
Non inſueta graues tentabunt pabula fetas
Nec mala vicini pecoris contagia ledent
Fortunate ſenex hic inter flumina nota
Et fontes ſacros frigus captabis opacum
Hinc tibi quæ ſemper vicino ab limite ſepes
Hybleis apibus florem depaſſa ſalicti
Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro

Hinc alta ſub rupæ canet frondator ad auras
Nec tamen interea raucæ tua cura palumbes
Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo

¶ Hic melibæus tityro gratulat̄ bonā fortunā ⁊ eius voluptates enūerat dicēs ¶ Conſtru. O (fortunate ſenex ꝙ rura tua manebūt ⁊ ſatis magna tibi: quāuis nudus lapis obducat) .i. circūdet vl̄ repleat (oīa paſcua: ⁊ palus) .i. aqua obducat oīa paſcua (iunco limoſo) .i. pleno limo (pabula inſueta) .i. inſolita (non tentabūt) .i. periculo exponēt (graues fœtas) .i. grauidas oues l̄ capras (nec mala ꝯtagia) .i. attactus l̄ ſcabies (vicini pecoris) .i. aliarū ouiū l̄ caprarū (ledent) .i. nocebunt tuo pecori. O (fortunate ſenex tu captabis) .i. ſępe capies (opacū frigus) .i. refrigeriū in locis vmbroſis (hic inter flumina nota) .i. chara tibi (⁊ inter fontes ſacros) .i. ꝯſecratos alicui numini (hinc) .i. ab hac parte (ſepes q̄ ē tibi ſp̄ ab limite) .i. termino vicino (depaſta florem ſalicti) .i. ſalicū ab (hybleis apibus) .i. apes depaſte ſunt flores ſalicū in ipſa ſepe: ſepes inq̄ꝫ (ſuadebit) tibi ſępe (leui ſuſurro) .i. ſono apum (inire ſomnū) .i. vt dormias (frondator canet hinc) .i. ab hac parte (ad auras) .i. in die vel alta voce (ſub alta rupe) .i. in alto monte (Tū rauce palumbes tua cura) .i. quas diligis: nō ceſſabunt (interea) .i. inter hoc tp̄s (nec turtur ceſſabit gemere ab vlmo aerea) .i. alta illa arbore. ¶ Fortunatus dr̄ cui arridet fortuna. Infortunatus q̄ patit̄ infortuniū. ¶ Palus ē aqua nigra. ¶ Limoſus limo plenus l̄ ſordidus. ¶ Iuncus een bieze: a v̄bo iungo q: iunciſ iungit̄ ⁊ ligat̄ aliquid. ¶ Pabulū ē q̄ paſcunt̄ aīalia. vt fœnū ⁊ ſimilia. ¶ Fœtus a ū .i. plenus ⁊ fertilis. In p̄mo ęnei. Loca fœta furentibus auſtris. Itē fœta dr̄ fœīa q̄ breui pariet vl̄ peperit. Vñ cauſa certitudinis hic apponit̄ grauis. vt ſciamus fœtā hic dici q̄ pariet. ¶ Contagiū ē morbus q̄ tactu ſuo nocet. vt ſcabies. Dicit̄ etiā ꝯtagio Iuue. Dedit hanc ꝯtagio labem. ¶ Opacus .i. obſcurus. ęnei. li. ij. Defenſi tenebris ⁊ dono noctis opace. Itē frigus dr̄ opacū: q: in opacis locis magis ē. ¶ Limes ē terminus agri. ¶ Hybla ē mons in ſcicilia floribꝫ ⁊ apibꝫ abundans. vñ apes dicunt̄ hybleę / q: in hybla frequentes ſunt. ¶ Salictū ē locus vbi multe ſunt ſalices. ¶ Suſurrus ē ſonus q̄ nō ꝓcul audit̄. Vñ ſuſurrare .i. ad aurē loqui. ¶ Rupes ē ſaxū vl̄ mons ſaxoſus. ¶ Frondator q̄ frondes in pabulū colligit. ¶ Palūbes ē colūba ſilueſtris in arboribꝫ nidificās. dr̄ etiā palūbus l̄ palūba. ¶ Vlmus ē arbor alta ⁊ ſterilis teu. berckē boem. vñ legimus (virgas vlmeas.

Fortunatꝰ
Palus
Limoſus
Iuncus
Pabulum
Fœtus. Fœta.
Contagium
Contagio
Opacus Limes
Hybla Salictū
Suſurrus
Rupes
Frondator
Palumbes
Vlmus
Tityrus

Ante leues ergo paſcentur in ætheræ cerui
Et freta deſtituent nudos in littore piſces
Ante pererratis amborum finibus exul
Aut ararim parthus bibet aut germania Tigrim
Quam noſtro illius labatur pectore vultus.

¶ Enarratis a melibeo bonis q̄ tityrus obtinuit bñficio cęſaris. tityrus dt̄ ſe ſp̄ memorē ⁊ gratū fore. ¶ Conſtru. (Ergo cerui añ paſcent̄ leues in ęthere ⁊ freta) .i. maria (añ deſtituēt) .i. deponēt (nudos piſces in littore q̄ꝫ vultus illius cęſaris labat̄) .i. cadat de (nr̄o pectore) ⁊ exul parthus añ bibet ararim fluuiū germanie (aut germania) .i. germanus aliq̄s (añ bibet tigri) fluuiū parthoꝝ (finibꝫ amboꝝ) .i. parthoꝝ ⁊ germanoꝝ (ꝑerrat) .i. ꝑcurſis q̄ꝫ vultus illius labat̄ nr̄o pectore. Senſus ē: p̄us ꝯtingēt impoſſibilia q̄ꝫ ego cęſaris obliuiſcar. Añ ē hic aduerbiū. ¶ Fretū dr̄ anguſtū mare dictū a feruore. Pererro .i. errādo ꝑcurro. Parthus dr̄ aliq̄s de parthia q̄ ē regio oriētalis circa babyloniā. Germania ē regio nr̄a ſeptētrional̄ hñs ab oriēte dacos / ab occidēte gallos / a meridie italos / a ſeptētrione ſarmatas. Araris l̄ arar ē fluuius burgūdie q̄ nūc vulgo vocat̄ ſagona. Tigris ē rapidiſſimus fluuius ī armenia. ē etiā fera velociſſima de q̄ infra dicet̄

Fretū Pererro
Parthus
Germania
Arar
Tigris

Melibęus

At nos hinc alij ſitientes ibimus aphros
Pars ſcythiam & rapidum cretæ veniemus oaxem
Et penitus toto diuiſos orbe britannos
En vnq̧ patrios longo poſt tempore fin[…]s
Pauperis & tuguri congeſtum ce[…]pite […]lmen
Poſt aliquot mea regna videns mirbo[…] ariſtas
Impius hæc tam culta noualia miles habebit
Barbaras has ſegetes, en quo diſcordia ciues
Perduxit miſeros, en quis conſeuimus agros
Inſere nunc melibeæ pyros, pone ordine vites
Ite meæ quondam fœlix pecuſq̧ capellæ
Oon ego poſt hac viridi proiectus in antro
Dumoſa de rupe procul pendere videbo
Carmina nulla canam, nec me paſcente, capellæ
Florentem cythiſum aut ſalices carpetis amaras.

¶ Hic melibęus ſuã ꝛ alioꝝ mantuanoꝝ miſeriã deplorat dicẽs Tu ꝗ manebis
in tuis locis natalibꝫ. ¶ Conſtru. (At). i. ſed (nos ibimus hinc alij aphros ſitien
tes). i. ad illũ ppl'in in calidiſſima regione morantẽ (pars). i. aliq̃ (veniemus) ad
(ſchythiã) regionẽ frigidiſſimã ꝛ ad (oarẽ) illũ fluuiũ (rapidũ crete). i. q̃ fluendo
rapit ſecũ cretã vł arenã ꝛ veniemus ad (britãnos diuiſos penitus). i. omnino a
(toto orbe) q2 circũdati ſũt mari/ (En) ego (vnq̧) vidẽs (patrios fines poſt longo
tpe) ꝛ (vidẽs poſt aliquot ariſtas). i. annos (culmẽ). i. tectũ (paupis tugurij ꝯge
ſtũ). i. ꝯpoſitũ (ceſpite). i. de fruſtis terre Q̃d tuguriũ fuit (mea regna). i. vbi ego
dñs fui (mirabor). i. admirandũ dicã (impius miles habebit hęc noualia). i. no-
uos agros (tã culta). i. tã bñ parata. ꝛ (barbarius). i. alienus (habebit has ſege
tes). ſ. meas (En q̃). i. ad qđ malũ (diſcordia pduxit miſeros ciues) En quis. i.
quibꝫ hoĩbꝫ (ꝯſeuimus). i. ſeminauimus (agros noſtros) q̃ſi dicat Nos laborauĩ
mus vt ipſi impij haberẽt fruges. Deĩn ſeipm alloquit̃ ꝛ arguit ſe vani laboris
dicẽs. O (melibeę inſere nũc pyros: pone vites ordine) q̃ſi dicat iſtud feciſti fru-
ſtra. O (meę capellę) q̃ fuiſtis quondã fęlix pecus (ite). i. pcedit ad ignota loca
(Ego nõ videbo vos poſt hac pendẽ de dumoſa rupe pcul pieċtus). i. iacẽs in
viridi antro (canã nulla carmina) ſicut ſolebã: ꝛ o (capellę nõ carpet; florentẽ cy
thiſum ꝛ amaras ſalices me paſcẽte). i. dũ ego paſcã vos: q̃ſi di. poſt hac nõ ha-
Apher bebitis tã bona paſcua ꝗ̃ habuiſtis. ¶ Apher dr̃ aliquis ex aphrica q̃ eſt tertia
Scythia pars orbis ad auſtrũ ſita vbi ſol calidiſſimus ẽ. ¶ Scythia ẽ regio frigidiſſima
Oaxis in ſeptentrione cuius pars ẽ liuonia ꝛ ruſcia. ¶ Oaxis ẽ fluuius meſopotamie.
Britanni Oaxũ vero oppidũ crete inſulę: ſed hic creta ſit albã terrã. ¶ Britanni ſũt q̃ nũc
vocant̃ angli Nã anglia quondã dicebat̃ britannia. Et nõ ꝙ iſtis accis detracta
ẽ prepoſitio cã metri. Nõ eĩ dicimus ibo aphros ꝛ britãnos ſed ad aphros ꝛc.
Tugurium ¶ Tuguriũ ẽ domũcula paſtoralis a tegẽdo: ꝛ ponit̃ hic tuguri p tugurij cã me
Ceſpes tri. ſicut añ peculi p peculij. ¶ Ceſpes ẽ quadratũ fruſtũ terre viridis ł cũ gra-
Culmen mine. ¶ Culmẽ ẽ ſummitas domus ł tectũ q2 ruſtici tegũt domos culmis. i. ſtra
Ariſta minibꝫ ł ſtipulis. ¶ Ariſte ſũt aculei in ſpica: p ariſtas ꝗ ſpicas/ p ſpicas ſegetes/
Miles p ſegetes eſtates/ p eſtates annos accipimus. ¶ Miles ẽ qui militat vel bellat.
Nouale ¶ Nouale ẽ nouus ager ł etiã q̃ ſingulis annis renouat̃. Dicit̃ etiã noualis ſ̃cio
Barbarus gñe vt in Georgi. Tonſas ceſſare nouales. ¶ Barbarus dr̃ inhumanus ł crude

lis ł ex longinquo veniens. ¶ Inſerere ē ramuſculū melioris arboris imponere Inſerere
trunco alterius. ¶ Dumus ē denſitas ſpinarū ł fruticū. Jñ dumoſus dumis ple Dumus
nus. ¶ Cythiſus ē quędā herba vtilis ⁊ grata pecoribus. Cythiſus

Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte Tityrus
Fronde ſuper viridi, ſunt nobis mitia poma
Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis
Et iam ſumma procul villarum culmina fumant
Maioreſq; cadunt altis de montibus vmbre.

¶ Tityrus melibeū inuitat vt ſecū pnoctet dicēs. Quāuis oporteat te diſcedere.
¶ Conſtru. (tū poteris requieſcē hic mecū hac nocte ſup viridi fronde). i. in fron
deo ſtrato (mitia). i. dulcia (poma ſt̄ nobis ⁊ molles caſtaneę ſt̄ nobis ⁊ copia la-
ctis preſſi). i. mulſi ł in caſeū coacti ē nobis (⁊ ſumme culmina villarū). i. ſummita
tes domoꝝ (fumātia). i. tps cenandi inſtat (⁊ vmbre cadunt maiores ꝙ prius de
altis montibus) Nā alti montes ſp quidē faciūt vmbras inferius/ſed inſtante no
cte maiores. ¶ Frondes ſunt arboꝝ ⁊ herbarū folia ł rami cū folijs quibus pa- Frondes
ſtores ſibi ſtratū faciūt. ¶ Villa ē ruſtica domus ⁊ nō pagus vt indocti putant. Villa
Jñ villicus. i. colonus q̄ villā habitat. ¶ Fumare fumū emittere. Fumare

Aecloga ſecunda quæ Coridon inſcribitur.

FOrmoſum paſtor Coridon ardebat Alexim
Delicias domini nec quid ſperaret habebat
Tantum inter denſas vmbroſa cacumina fagos
Aſſidue veniebat, vbi hæc incondita ſolus
Montibus & ſyluis ſtudio iactabat inani
O crudelis Alexi nihil, mea carmina curas
Nil noſtri miſerere, mori me deniq; cogis.

¶ Hac ęcloga deſcribit poeta quō quidā paſtor noīe Coridon amauerit quendā
puerū noīe alexim ⁊ illū ad ſe vocauerit. Corydon intelligit virgilius/alexi vero
cęſar Auguſtus. ¶ Conſtr. (Paſtor corydon ardebat). i. valde amabat (formo
ſum alexi) illū pueꝝ (delitias dñi). i. q̄ delectabat dñs eius (Et corydon nō habe
bat qd ſperaret). i. nō habebat ſpē illius potiūdi (corydō veniebat tm̄ aſſidue). i.
frequēter (inter denſas fagos q̄ ſt̄ vmbroſa cacumina). ſ. altitudines faciētes vm
bras (vbi ſolus iactabat). i. fruſtra loquebat (montibꝫ ⁊ ſyluis). i. ad montes ⁊ ſyl
uas (hęc incondita). i. inepta ꝟba ſequētia (inani ſtudio). i. inaniter. Nā ſequunt
ꝟba corydonis (O crudelis alexi nihil curas mea carmina ⁊ nihil miſerē). i. miſe
reri (nr̄i deniq3). i. inſup (cogis me mori). ſ. ꝓpter ꝯtemptū tui. ¶ Formoſus dr̄ q̄ Formoſus
pulchrā formā habet. Alexim delitias dñi ē appoſitio ſicut fagus vmbroſa cacu- Denſus
mina. ¶ Denſitas dr̄ frequēs ⁊ ꝯiunctus ł multus/cui opponit rarus. ¶ Cacu- Cacumen
mē ē altitudo. ¶ Studiū ē vehemēs animi applicatio ad aliquā rē peragendā. Studium
¶ Crudelis ē q̄ nulla miſericordia mouet. ¶ Deniq3 ponit poſt ꝙ multa narra- Crudelis
ta ſunt. Hora. Si validus ſi lętus erit ſi deniq3 poſcet. Deniq3

Nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant
Nunc virides etiam occultat ſpineta lacertos
Theſtilis & rapido feſſis meſſoribus æſtu
Allia ſerpillumq; herbas contundit olentes
At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro

Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis
Nonne fuit ſatius triſtis amaryllidis iras
Atq̧ ſuperba pati faſtidia, nonne Menalcam?
Quamuis ille niger q̄uis tu candidus eſſes
O formoſe puer nimium ne crede colori
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

¶ Declarat corydō amoris ſui vehementiā ꝓpter quā patiat̄ maximū ſolis ardorē dicēs. Conſtru. (Etiā pecudes captāt nūc vmbras ⁊ frigora) .i. vitāt ſolē etiā (ſpineta occultant nūc virides lacertos) illos v̄mes (⁊ theſtilis) illa fēia (ↄtundit meſſoribꝫ feſſis rapido eſtu allia ſerpillūq̧ olentes herbas (At) .i. ſed (arbuſta reſonant raucis cicadis mecū dū luſtro) .i. circūeo (tua veſtigia ſub ardenti ſole) Seſus ē. ego cū cicadis tm̄ maneo in eſtu querēs te (nonne fuit ſatius) .i. melius pati (triſtes iras amaryllidis ⁊ ſupba faſtidia) .i. ↄtemptus illius fēie (nonne etiā ſatius fuit pati menalcā q̄uis ille eſſet niger ⁊ tu candidus) tn̄ (o formoſe puer ne crede nimiū colori) .i. pulchritudini tue qꝛ alba liguſtra cadūt) .i. pereūt ⁊ nullius precij ſt̄ (⁊ nigra vaccinia legunt̄) .i. colligunt̄ ⁊ in precio habent̄. ¶ Lacerti ſunt v̄mes q̄dā venenoſi. Et dr̄ hic lacertus hec lacerta. Lacertus ē etiā brachiū hoīs ¶ Spinetū ē multitudo ſpinaꝝ in vno loco. Rapidus dr̄ rapiēs vehemēs aut velox. Alliū ſt̄ knoblouch. Serpillū ē q̄dā herba calide nature alio noīe piper erraticū. Cicade ſt̄ parua aīalia q̄ rore viuūt ⁊ in arboribꝫ ſtridorē faciūt p̄ eſtatē. Luſtrare ē circūire ⁊ q̄nq̧ circūſpicē. Veſtigiū ē ſignū pedis ⁊ ponit̄ ꝓ pede ⁊ ꝓ q̄libet ſigno. Faſtidiū ē ↄtemptus p̄ ſupbiā. Liguſtrū ē q̄dā herba l' flos q̄ dr̄ maior viola: ē etiā arbor flore cādido. Vacciniū ē arbuſcula cuꝰ nigris acinis tingunt̄ (veſtes ſeruoꝝ.

Lacertus
Spinetum
Rapidus
Allium
Serpillum
Cicade
Veſtigium
Faſtidium
Liguſtrum
Vaccinium

Deſpectus tibi ſum nec quis ſim queris Alexi
Quam diues pecoris niuei, q̄ lactis abundans
Mille meæ ſiculis errant in montibus agne
Lac mihi non eſtate nouum non frigore deſit,
Canto quæ ſolitis ſi quando armenta vocabat
Amphyon Dircæus in aracyntho
Nec ſum adeo informis, nuper me in littore vidi
Cum placidum ventis ſtaret mare, non ego Daphnim
Iudice te metuam ſi nunq̄ fallit imago.

¶ Corydon hoc loco enarrat alexi bona ſua .i. diuitias carmina ⁊ formoſitatē dicēs. Conſtru. (O alexi ſum deſpectus tibi) .i. a te (nec queris quis ſim ⁊ q̄ diues ſim niuei pecoris) .i. albaꝝ ouiū (⁊ q̄ abundās lactis Mille agne mee errāt i ſiculis montibꝫ) .i. in montibꝫ ſicilie (nouū lac nō deſit) .i. deficit (mihi in eſtate ⁊ etiā nō deſit mihi frigore) .i. in hieme. ego (canto q̄ amphyon dirceus ſolitus erat cantare in acteo aracyntho) .i. illo monte (ſi q̄n̄ vocabat armenta) .i. boues (nec ſum adeo informis) .i. tā turpis (vidi me nup̄ in littore) .i. ego ſtans in littore vidi imaginē meā in aqua (cū mare ſtaret placidū vent;) .i. ſine motu (ego nō metuā daphnim) illū virū (te exiſtente iudice ſi imago nūq̄ fallit) .i. ſi talis ſim qualis mihi videbar in aqua. ¶ Siculus ē id qđ ſicilienſis l' de ſicilia. ¶ Deſio .i. deficio. Amphion thebanus princeps optimus muſicus q̄ dulcedine cantus dr̄ lapides ↄtraxiſſe in menia thebana. ¶ Dirce ē fons prope thebas. Jn̄ dirceus .i. thebanus. ¶ Aracynthus ē mons in acarnania teſte Plinio. Acte grece dr̄ littus. Jn̄ acteus littoralis. ¶ Informis ꝓprie ſine forma l' ſine pulchritudine. ¶ Daphnis fuit filius mercurij paſtor pulcherrimus,

Siculus. Deſio
Amphyon
Dirceus
Aracynthus
Acteus

O tantum libeat mecum tibi ſordida rura
Atq; humiles habitare caſas,& figere ceruos — Daphnis
Hedorumq; gregem viridi compellere hibiſco
Mecum vna in ſyluis imitabere pana canendo
Pan primus calamos cæra coniungere plures
Inſtituit,Pan curat oues,ouiumq; magiſtros
Nec te peniteat,calamo triuiſſe labellum
Hæc eadem vt ſciret quid non faciebat Amynthas.
Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Phyſtula Dametas,dono mihi quam dedit olim
Et dixit moriens te nunc habet iſta ſecundum
Dixit Dametas,inuidit ſtultus Amxntas
Preterea duo nec tuta mihi valle reperti
Capreoli,ſparſis etiam nunc pellibus albo
Bina die ſiccant ouis vbera,quos tibi ſeruo
Iam pridem a me illos abducere teſtilis orat
Et faciet, quoniam ſordent tibi munera noſtra.

¶ Coridon alliciēs alexin ꝓmittit ei munera vi. ¶ Conſtru.(O alexi tm̄ libeat tibi habitare mecū rura ſordida tibi).i.q̄ videnť tibi ſordida (atq; libeat tibi habitare mecū humiles caſas).i.paruas domos(ꝛ libeat tibi figere).i.iaculari(ceruos ꝛ libeat tibi ꝯpellere).i.fugare(gregē hedoꝝ viridi hibiſco).i.ad illā herbā (tu imitabē pana).i.illū ruſticū deū(canēdo vna).i.pariter mecū in ſiluis(Pan) ille deus fabuloſus(inſtituit).i.ordinauit(ꝑmus ꝯiūgere cera).i.ꝯglutinare plures calamos(Pan curat).i.cuſtodit(oues ꝛ magiſtros ouiū).i.paſtores(nec peniteat te triuiſſe labellū calamo.i.phiſtula eē vſū(q̄d amyntas nō faciebat)q̄ſi diceret multa faciebat(vt ſciret hec eadē).i.phiſtula canere(phyſtula ꝯpacta).i.ꝯpoſita(ſeptē cicutis).i.calamis(diſparib;).i.diuerſoꝝ tonoꝝ(ē mihi quā dametas olim dedit mihi dono ꝛ dametas moriēs dixit mihi iſta phiſtula habet nūc te ſcd̄m poſſeſſorē).i.nemo habuit hāc phiſtulā niſi ego ꝑmo ꝛ iā tu es ſecūdus eius poſſeſſor(dametas dixit ꝟba ſupiora(ſed ſtultus amyntas inuidit mihi illā phyſtulā)nā ip̄e libenť eā habuiſſet(preterea).i.inſup(duo capreoli).i.pulli caprearꝫ(repti mihi).i.a me(nō tuta valle).i.in loco q̄ adire nō potui ſine piculo(pellibus eoꝝ ſparſis albo).i.albis maculis(etiā nūc ſiccāt).i.ſugūt i(die bina vbera ouis).i.q̄libet ſugit vnū vber ouis(quos capreolos ſeruo tibi).i.vt dē tibi cū veneris(theſtilis)illa fꝫia(orat)me(iā dudū).i.iā diu(abducē).i.vt abducat illos a me(ꝛ faciet.i.abducet(q̄m munera nr̄a ſordēt tibi).i.ſpnūť a te. Caſa ē domus ruſtica — Caſa
vn̄ caſula.i.parua caſa Iuue. Viuite ꝯtēti caſulis ꝛ montib; iſtis. Hibiſcū ē q̄dā — Caſula
herba de q̄ Plini. Hibiſcū a paſtinaca gracilitate differt damnatū in cibo ſed me — Hibiſcum
dicine vtile. ¶ Pan huius panos dr̄ a poetis deus nature l'ocus ruſticoꝝ. Pa — Pan
na ē grecus accūs. ¶ Cicuta inquit Serui⁹ ē ſpaciū inter canarū nodos.i.pars — Cicuta
arūdinis. Eſt etiā herba cuius ſemē ē venenoſum Perſi⁹. Sorbitio. Tollit quē — Compingo
dira cicute.ſed Virg.accipit hic ꝓ calamo. ¶ Compingo ẜt ꝯpono. Vn̄ ꝯpactus — Phiſtula
ꝯpoſitus. ¶ Phiſtula ē q̄d vulgo dr̄ muſa een pijpe. Vn̄ phiſtulare pijpen. Ca — Capreolus
preolus dr̄ pullus capre.i.ſilueſtris capre. Capreolus etiā autore Varrone eſt cauliculus intortus q̄ vitis ſe alligat palo. Alio noīe cincinnus.

Huc ades o formoſe puer, tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphæ calathis, tibi candida nais
Pallentes violas & ſumma papauera carpens
Nerciſſum & florem iungit bene olentis anethi
Tum caſia atqꝫ alijs intexens ſuauibus herbis
Mollea luteola pingit vaccinia caltha
Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala
Caſtaneaſqꝫ nuces mea quas amarillis amabat
Addam cærea pruna & honos erit huic quoqꝫ pomo
Et vos o lauri carpam & te proxima mirte,
Sic poſite quoniam ſuaues miſcetis odores.

¶ Amplius vocãs alexim coridon pollicet̃ ei ruſtica munera. ſ. flores ꝛ poma dicẽs. ¶ Conſtru. (O formoſe puer ades huc). i. aduení (ecce nymphe ferũt tibi lilia plenis calathis). i. ſportis (ꝛ candida nais) illa pulchra nympha (carpẽs tibi pallẽtes violas ꝛ ſumma papauera). i. ſummitates ł flores papauerũ (iungit narciſſum) illũ florẽ (ꝛ iungit florẽ anethi bñ olentis tũ). i. etiã (nais intexens). i. ꝯponẽs (ſertũ caſia ꝛ alijs ſuauibꝫ herbis pĩgit). i. ornat (mollia vaccinia) illos flores (luteola caltha). i. cũ rubro illo flore (egoipſe legã). i. colligã (cana mala). i. alba poma (tenera lanugĩe). i. q̃ hñt lanuginẽ (ꝛ legã caſtaneas nuces quas mea amarillis amabat addã). i. etiã dabo tibi pruna cęrea). i. glauca ſicut cęra ł mollia ſicut cęra (ꝛ honos). i. pulchritudo erit (quoqꝫ). i. etiam (huic pomo). i. pruno (ꝛ o lauri etiã carpã vos). i. frãgã ramos de vobis (ꝛ o myrte) tu arbor (ꝓxima). ſ. lauris (carpã te) O lauri ꝛ myrte (poſite) eſtis (ſic quoniã miſcentis ſuaues odores.)

Nympha
Calathus
Viola
Narciſſus
Anethum
Caſia
Caltha
Lutheus
Luteolus
Canus
Lanugo
Nuces
Pomum
Pruna
Cęreus
Myrtus

¶ Nympha dr̃ puella aut virgo. Etiã deas vocãt nympas. ¶ Calathus ẽ vas ł ſporta ꝛ ẽ grecũ. Vñ calathiſcus. i. ſportula. Nais ẽ nomẽ vnius nymphę. Viola ẽ flos purpureus een fyol. ¶ Narciſſus ẽ flos purpureus pręter colorẽ ſilis lilio Poete fabulant̃ ꝙ fuit iuuenis pulcherrimus q̃ fęminas ſpernẽs captus ẽ tãdẽ ſuiipſius amore cũ vidiſſet imaginẽ ſuã in fonte: vñ tabeſcẽs mutatus ẽ in hũc florẽ. ¶ Anethũ ẽ herba hortẽſis ꝛ boni odoris ¶ Caſia q̃dã herba boni odoris in ethiopia naſcẽs. Caltha ẽ flos purpureus ꝛ viole ſilis ſed odore grauior ꝛ folioſior. Luteus ꝑma ſylł̃a longa ẽ idẽ qꝺ croceus ꝛ fit a noĩe lutũ de q̃ infra dicet̃. Et a luteus fit luteolus: ſicut ab aureus aureolus. Canus. i. albꝰ ł griſeus. Lanugo ẽ tenera lana vt ĩ herbis q̃buſdã: ꝛ ꝑma barba dr̃ lanugo. Itẽ mala cydonia hñt lanuginẽ de quibꝫ hic intelligit̃. Nuces dicunt̃ fructus dure corticis, vt glandes auelane amygdala ꝛ caſtanę. Poma ẽ oĩs fructus arboris ſiue ſit mollis ſiue durus. vñ pruna vocant̃ hic poma. Cęreus. i. de cęra factus, vt cęrea imago. Accipit̃ ꝓ mollis aut facilis. Hora. Cereus in viciũ flecti. Itẽ pruna dicunt̃ cęrea. i. mollia ł cęrei coloris. i. glauca. ¶ Myrtus arbor ẽ teutonice gaghel.

Ruſticus eſt Coridon, nec munera curat Alexis
Nec ſi muneribus certes, concedet Iolas
Eheu quid volui miſero mihi: floribus auſtrum
Perditus & liquidis immiſi fontibus apros,
Quem fugis ah demens: habitarunt dij quoqꝫ ſyluas
Dardaniuſqꝫ paris, Pallas quas condidit arces
Ipſa colat, nobis placeant ante omnia ſyluæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Torua leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam
Florentem cythiſum ſequitur laſciua capella
Te corydon o alexi, trahit ſua quemꝫ voluptas.

¶ Coridon ſeipm̄ arguit ſtulticię ꝙ ſperauerit poſſe potiri alexide. Et alloquit̾ ſe ipſū dicēs. ¶ Conſtru. O (coridon es ruſticus) ꝗ ſpernit̾ ſp ab vrbano (et alexis nō curat munera) et (ſi certes munerib9).i. ſi labores eū ſuperare donis (Iolas) ille vir nō (ꝯcedit).i. ꝑmittet tibi hoc. Deiñ coridon indignat̾ ſibi ꝙ ſpē ſuā ipſe ſu ſtulerit dicēs (Eheu ꝗd volui mihi miſero facē / ego ꝑditus immiſi auſtrū florib9 et immiſi apros liq̈dis fontib9).i. voluptatē meā ipſe puerti ſicut auſter flores corrūpit et apri fontes ꝑturbāt et cęnoſos faciūt. Tūc alexin rurſus alloquit̾ (Ah demēs).i. o ſtulte (quē fugis).i. quare fugis a me (quoqꝫ).i. etiā (dij habitarūt ſyluas).i. habitauerūt in ſyluis (et paris dardanius).i. de regia ſtirpe dardani habitauit etiā ſyluas (q̄s arces pallas ꝯdidit) eas (ipſa colat).i. habitet (ſylue placent nobis añ oia).i. pre oib9 locis. Deiñ oñdit varios eſſe affectus animantiū dicēs. (Torua leęna ſequit̾ lupū: lupus ipſe ſequit̾ capellā. O alexi coridō ſequit̾ te: quē qꝫ ſua voluptas trahit) ¶ Auſter ē ventus flans a meridie ꝗ pluuias et tempeſtates inducit quib9 flores corrūpunt̾. Eſt ꝗ tropica loquutio. Immiſi florib9 auſtrū et fontib9 apros: ꝗ aliud ſit ꝗ̄ ꝟba ſonāt vt dictū ē. Dardanus fuit p̄mus rex troie. Vñ dardanius.i. troianus l̾ de ſtirpe dardani. ¶ Paris erat filius priami regis troie et hecube regine / quē cū mater in vtero haberet ſomniauitqꝫ ꝙ ardentē facē geſtaret. quare territus rex infantē iuſſit exponi l̾ proijci: ſed inuētus a paſtore fuit educatus in ſylua / tandē a p̄re cognitus et receptus fuit. Pallas filia iouis dea ſapientie et artiū dr̄ et vrbes ꝯdidiſſe fert̾. Toruus.i. terribilis. Leęna ē fęia leonis. Legit̾ etiā lea apud Ouidiū. Ipſe fuit rabide preda cruēta leę. Sed melius leęna ſicut a draco dracena. Nō ꝙ hic torua leęna ⁊c̄. ē exornatio rhetorica ꝗ dr̄ gradatio. O alexi / hic o corripit̾ ꝓpter ſequentē vocalē nā naturalit̾ ꝓducit̾ o.

Auſter
Dardanus
Paris
Pallas
Toruus
Leęna. Lea.

Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci
Et ſol creſcentes decedens duplicat vmbras
Me tamen vrit amor, quis enim modus adſit amori?
Ah corydon corydon quæ te dementia cepit,
Semiputata tibi frondoſa vitis in vlmo eſt
Quin tu aliquid ſaltem potius quorum indiget vſus
Viminibus, molliꝫ paras detexere iunco
Inuenies alium ſi te hic faſtidit alexis.

Nūc coridon oñdit vehementiā amoris cui nullus ineſt modus. Conſtru. (Aſpice iuuēci referūt aratro ſuſpēſo).i. ad iugū (et ſol decedēs duplicat vmbras creſcētes tn̄ amor adhuc vrit me quis eñ modus aſſit amori / q̄ſi diceret nullus. Tandē coridon ſeipm̄ arguit demētie ꝙ relictis negotijs amori vacet: aut certe reb9 agendis amorē vult expellere qđ Ouidius docet. Otia ſi tollas periē cupidinis arcus ⁊c̄. (O coridon ꝗ demētia cepit te / vitis ſemiputata).i. ꝑ media parte putata (ē tibi in frondoſa vlmo quin).i. cur nō tu potius (paras detexere).i. ꝯponere aliqđ eoꝝ ſaltē quoꝝ vſus.i. vtilitas (indiget paras) inꝗ̄ dextere aliqđ viminib9 et molli iūco: inuenies aliū amicū ſi hic alexis faſtidit te.i. ꝯtemnit te Ouidi. Succeſſore nouo pellit̾ ois amor. ¶ Iuuēci ſūt iuuenes tauri. Iugū ē illud qđ boues hn̄t circū collū qñ arāt. Putare ē purgare et abſcindere ſupflua in vitibus et alijs arborib9. Frondoſus.i. plenus frondib9. Quin qñ iungit̾ indicatiuo ꝟbo ſcat cur nō. Plau. Quin tu reſpondes huic Sta. Quin fugitis dū tuta via ē. Etiā ſit dān / et tūc habet ꝯiunctiuū ꝟbū Terē. Nō dubiū ē quin vxorē nolit filius. Vimen eſt

Iuuenci
Iugū. Putare
Frondoſus
Quin
Vimen

**Faſtidire** tenax virga qua ligat̃ aliquid ł texit̃. ¶ Faſtidire ē cū faſtidio ſpernere.

## Aecloga Tertia. Collocutores Menalcas & Demetas æmuli concertantes, & Palemon iudex.

**Menalcas** DIc mihi Dameta cuium pecus, an Melibœi,
Non verum ægonis, nuper mihi tradidit ægon.
**Dametas** Infelix o ſemper ouis pecus, ipſe neæram
Dum fouet, ac ne me ſibi preferat illa veretur
Hic alienus ouis cuſtos bis mulget in hora
Et ſuccus pecori & lac ſubducitur agnis.

¶ Lycidas audito periculo qḋ imminuerat Virgilio q̄ſi tm̄ ſcelus exhorrēs p̱ apoſtrophē alloquit̄ ipm̄ abſentē. Conſtru. (Heu tm̄ ſcelus) occidēdi tm̄ virū (cadit in quēq̈ hoīem). i. p̄t quiſq̈ eſſe q̄ tm̄ malū cogitare audeat (heu menalca). i. o virgili (tua ſolatia). i. dulcia carmina (pene rapta nobis ſimul tecū). i. cū te: nā ſi tu eſſes occiſus (quis caneret nymphas). i. nullus eſſet q̄ pulchra carmina ſcriberet (quis ſpargeret humū florentib' herbis). i. nullus eſſet q̄ laudaret carminib' claros viros (aut quis induceret). i. tegeret fontes (viridi vmbra) hoc ē: nullus eſſet etiā q̄ doctos extolleret (ł) quis caneret (carmina q̄ ſublegi tibi tacitus). i. clā tibi furatus ſum (nup̱ cū ferres te). i. res ad amaryllida (delicias noſtras). i. ad illā comē amicā ł ad vrbē romā. Etiā ſequit̄ breue carmē qḋ lycidas dicit ſe abſtuliſſe virgilio neſciēti (o tityre paſce capellas dū). i. donec (redeo: q2 via mea ē breuis) ⁊ o tityre (age potū) i. duc ad potandū (capellas paſtas). i. poſtq̈ paſte ſt̄ (⁊ inter agendū). i. cū ages capellas potū (caueto occurſare capro) q2 (ille ferit cornu) p̱ caprū intelligit̄ hic Arius centurio: quē poeta romā vadēs noluit a ſuis irritari.

Scelus
Sceleſtus
Scelerare
Pene. Cano.
Lego
Sacrilegus
Inter
Ferio
Referio
Parentheſis

¶ Scelus ē peccatū ł peſſimū opus. vn̄ ſceleſtus q̄ ſcelus p̱petrauit. Itē ſcelerare. i. ſcelere maculare. In. iij. ęnei. Parce pias ſcelerare manus. Pene ſt̄ fere. vt pene cecidiſſem. pene dixiſſem. Cano qn̄q3 ē id qḋ cāto. qn̄q3 ſt̄ poetice deſcribo. vt Arma virūq3 cano. qn̄q3 vaticinor. vt ipa canas oro. Legere qn̄q3 ſt̄ furari. vn̄ fit nomē ſacrilegus qḋ ſt̄ eū q̄ ſacra furatus ē. Idē ſt̄ ꝯpoſitū eius ſublego. Plau. in mil. Clā patrū ſublegerūt ſermonē. Inter prepoſitio cū gerūdio ꝯſtructa pulchre ponit̄ p̱ dū vt petrus venit inter prandendū. i. dū prandebamus. Ferire ē p̱cutere Inn̄ referire Terē. Me ſeruulū q̄ referire nō audebat vicit. Nō in his trib' v̄ſib' duas parentheſes. primā (breuis ē via) alterā (cornu ferit ille). Parentheſis ē interpoſitio nō neceſſaria: ſed tn̄ apta.

Meris — Immo hæc quæ varro necdum perfecta canebat
Varre tuum nomen, ſuperet modo mantua nobis
Mantua ve miſeræ nimium vicina cremonæ
Cantantes ſublime ferent ad ſydera cigni
Sic tua cyrnæas fugiant examina taxos
Sic cythiſo paſtæ diſtentent vbera vaccæ

Lycidas — Incipe ſi quid habes, & me fecere poetam
Pierides, ſunt & mihi carmina, me quoq3 dicunt
Vatem paſtores, ſed non ego credulus illis
Nam neq3 adhuc vario videor nec dicere cynna
Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores

¶ Meris affert aliud carmē pulchrius a Virgilio ſcriptū di. Conſtru. (immo) quis caneret (hęc) metra (q̄) ipe menalcas (canebat Varro necdū p̱fecta). i. adhuc nō integra (o varre cigni cantātes). i. boni poete ferēt (tuū nomē ſublime ad ſydera). i. ſummis laudib' extollēt te (mō). i. ſi tm̄ (mantua ſup̱ nobis). i. maneat nobis veris poſſeſſorib' (mantua) inq̈ (vt nimiū vicina miſere cremonę) illi ciuitati: q2 p̱pter vicinitatē cremone mantua fuit ſpoliata. Tūc lycidas incēſus dulcedine carminis incepti orat merim vt amplius canat di. O meri (incipe canere ſi qd habes). i. ſi aliqḋ carmē ſcis (ſic). i. ſi cantaueris (tua exīmia). i. apes (fugiāt cyrneas taxos). i. illas arbores ⁊ (vacce) tue (paſte cythiſo diſtentēt vbera). i. dent multū lactis (⁊). i. etiā (pierides) muſę (fecerūt me poetā) q̄ſi di. ſi cantaueris r̄ndebo tibi (⁊). i. etiā (carmina ſt̄ mihi paſtores dicunt me quoq3 eſſe vatē ſed ego nō ſum credulus illis: nā neq3 videor dicere adhuc carmina

digna vario neqȝ digna cynne).i.videt̃ mihi ꝙ carmina mea nō ſꝫ adhuc tã bona vt legi poſſint ab illis doctis viris (ſed videoꝛ ſtrepere anſer inter oloꝛes).i. indoctus inter doctos. ¶ Mantua ⁊ cremona ſꝫ ciuitates in ea regione italie q̃ vulgo longobardia vocat̃. Agros cremonienſiũ cęſar dederat veteranis ſuis: q̃ agri eũ nō ſufficerẽt acceperũt etiã agros mantuanos q̇ vicini erãt. Cyrnos ē inſula in liguſtico mari alio noīe coꝛſica in q̃ multe ſꝫ taxi arboꝛes q̃ mel amarũ faciũt Ergo taxi dicunt̃ cyrnee.i.abundantes in cyrno. Taxus ē arboꝛ dura ⁊ ſine ſucco q̃ venenoſa putat̃. Credul⁹ q̇ cito credit Naſo. Credula res amoꝛ ē. Varius ⁊ Cynna erãt docti viri tempoꝛibꝫ Virgilij q̇ ſolebant alioꝝ ſcripta coꝛrigere Sed varrus fuit alius vir potens eodẽ tpe. Anſer ē auis q̃ vulgo vocat̃ auca qđ nō ē latinũ. Oloꝛ ē auis alba q̃ etiã cygnus appellat̃: ſed cygnus ē grecũ: oloꝛ latinũ. Ab oloꝛ fit oloꝛinus: a cygnus cygneus e longa Ouidi. Iã mea cygneas imitant̃ tpa plumas. Oloꝛ ꝓpter longitudinẽ colli dulciter canit: ⁊ maxime cũ moꝛiturus ē. Anſer aũt nō canit ſed ſtrepit.

Mantua
Cremona
Cyrnos
Taxus
Credulus
Varius
Cinna
Anſer
Oloꝛ
Cygnus
Cygneus

Id quidem ago, & tacitus licida mecum ipſe voluto — Meris
Si valeam meminiſſe, neqꝫ eſt ignobile carmen
Huc ades o Galathea, quis eſt nam ludus in vndis
Huc ver purpureum, varios hic flumina circum
Fundit humus flores, hic candida populus antro
Imminet, & lente texunt vmbracula vites
Huc ades, inſani feriant ſine littora fluctus.

¶ Conſtru. (Ago q̇dē id).i.volo canere (⁊ o lycida ego ipſe voluto mecũ).i. cogito ſup hoc (tacitus).i.cũ taceo (ſi valeã meminiſſe).i.in memoꝛiã adducẽ (neqȝ ē ignobile carmẽ).i.valde nobile carmẽ eſt. Et iã ſequit̃ carmẽ qđ traduxit Virgilius ex theocrito ⁊ ſꝫ ꝟba polyphemi ciclopis ad galatheã nymphã (o galathea ades).i.veni huc (nã quis ludus ē in vndis in quibꝫ ver purpureũ).i.flo reũ (ē hic: humus fundit hic varios flores circũ flumina candida populus imminet hic antro).i.pendet ſup antrũ (⁊ lente vites texũt).i.ꝯponũt (vmbracula .i.vmbras. O galathea (ades huc ⁊ ſine).i.ꝑmitte vt (inſani fluctus feriãt littora) his ꝟbis cyclops conat̃ allicere nymphã ad ſe ex aqua: ē enĩ galathea nympha fluminalis. ¶ Voluto ſcat frequẽter voluo. Eſt enĩ frequentatiue foꝛme. Ver ē ꝑma pars anni.ſ.inter hyemẽ ⁊ eſtatẽ: ⁊ ē anni principiũ dictũa veniendo qꝛ tũc oīa veniũt.i.naſcunt̃ ⁊ creſcũt. Incipit̃ ãt ver qñ ſol Arietẽ ingredit̃ .ſ.in Martio. Imminere ẽt impẽdeo ꝉ inſto. vt pluuia imminet. moꝛs imminet nobis Vmbraculũ ē res q̃ facit vmbrã. vt vitꝭ ē vmbraculũ: ē etiã id qđ vmbra Inſanus dr̃ furioſus q nō ē ſane mentꝭ. Laboꝛ etiã dr̃ inſanus q̇ fuit ab inſano

Galathea
Voluto
Imminere
Vmbraculum.
Inſanus
Lycidas
Meris

Quid? quæ te pura ſolum ſub nocte canentem
Audieram, numeros memini ſi verba tenerem
Daphni quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus
Ecce dyonei proceſſit cæſaris aſtrum
Aſtrum quo ſegetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem
Inſere daphni piros, carpent tua poma nepotes
Omnia fert ætas, animum quoqꝫ, ſæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere ſoles
Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoqꝫ moerim

Iam fugit ipſa, lupi mœrim videre priores
Sed tamen iſta ſatis referet tibi ſæpe Menalcas

¶ Lycidas rogat merim vt canat aliud carmē qđ cū ille inchoaſſet oblitū ſe dicit pre ſenectute. ait lycida. Conſtrue (Quid) dicis de illis carminibꝫ (q̄ audierā te ſolū canentē ſub pura) .i. ſerena nocte (memini nūeros) .i. modulos vł notas illoꝝ carminū (ſi tenerē) .i. ſi ſcirē ꝟba. Tūc meris incipit illud carmē qđ ē de aſtro ceſaris (O daphni qđ ſuſpicis) .i. aſpicis (antiquos hortus ſignoꝝ) .i. ſyderū (ecce aſtrū ceſaris dionei) .i. ducentꝭ origenē a venere (ꝓceſſit) .i. illuxit (aſtrū inꝗ̄ q̄) .i. ꝑ qđ (ſegetes gauderēt frugibꝫ) .i. ꝓferrēt multas fruges (ꝛ q̄ vua duceret colorē) .i. fieret matura (in collibꝫ apricis) .i. calidis vł apertis. O (daphni inſere piros nepotes) .i. poſteri tui (carpēt poma tua) .i. nō laborabis ꝓ alienis ſed ꝓ tuis. Nūc omiſſo carmīe meris ꝯqueriꝰ de ſenectute ſua ꝑ quā oblitus ſit carmina (etas longa) .i. ſenectus (fert) .i. aufert oīa bona corporis (quoqꝫ) etiā (aufert aīm) .i. memoriā ego (memini me puerū) .i. cū puer eſſem (ſepe ꝯdere) .i. finire ſolitū (longos ſoles) .i. dies (cantādo) .i. cū carminibꝫ hoc ē cū eſſem iuuenis tot carmina ſciebā vt ſepe canerē ꝑ totū diē (tot carmina ſūt oblita mihi nūc ipā vox fugit quoqꝫ iā merim) .i. amiſſa ē mihi (lupi videre merim priores) .i. abſtulerūt mihi loquelā (ſed tñ menalcas referet tibi iſta) carmina (ſatis ſepe). ¶ Nūerus aū dictū ē. Nā ſenſus ē. Nūeros memini ſi ꝟba tenerē. Suſpicio quaſi ſurſum video Tulli. Rex ſuſpexit in celū. Dione fuit mater veneris. Vñ dioneus .i. ꝑtinēs ad dionē. Julius ceſar voluit originē ſuā ducere a Julo filio enee filij veneris. Aſtrū grece latine dr̄ ſidus vł celeſte ſignū. Aſter vero ſtella dr̄. Vñ aſteriſcus parua ſtella. Poeta narrat hic rē geſtā. Nā cū Auguſtus celebraret ludos funebres de morte iulij ceſaris: apparuit ſidus crinitū ꝑ dies ſeptē qđ dixerūt ſidus ceſaris. Apricus dr̄ aptus ꝛ ſole gaudēs. Hora. Quicquid ſub terra ē in apricū ꝓferet etas. Hinc apricari .i. ad ſolē caleſcere. Inſero ſupra. Oblitus poniꝰ hic paſſiue ideoqꝫ iungiꝰ dtō: nam actiue poſitū vult gtm̄ ł accm̄. Lupus ſi prior videat hoiez facit eū raucū: qđ ꝛ Plini. aſſerit: ꝙ cū dicimus. lupus me vidit prior: ſco me raucū eſſe. vñ etiā cū quis venit ꝓpter quē tacere oportet dicimus. Lupus ē in fabula. qđ Terē. hꝫ ꝛ Cice.

Numerus
Suſpicio
Dione
Aſtrum
Aſter
Aſteriſcus
Apricus
Apricari
Oblitus
Lupus

Lycidas

Cauſando noſtros in longum ducis amores
Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor, & omnes
Aſpice ventoſi ceciderunt murmuris auræ
Hinc adeo media eſt nobis via, namqꝫ ſepulchrum
Incipit apparere bianoris, hic vbi denſas
Agricolæ ſtringunt frondes, hic mœri canamus
Hic hædos depone, tamen veniemus in vrbem
Atſi nox pluuiam ne colligat ante veremur
Cantantes licet vſqꝫ minus via ledet, eamus

Meris

Cantantes vt eamus, ego hoc te faſce leuabo
Deſine plura puer, & quod nunc inſtat agamus
Carmina tum melius cum venerit ipſe canemus.

¶ Hic lycidas valde inſtat vt meris canat ſed ille dolore aī impeditus recuſat. Conſtru. O meri (cauſando) .i. cauſas allegando (ducis amores noſtros in lōgū) .i. differs noſtra deſideria (ꝛ oē equor ſtratū) .i. quietū (ſilet tibi) .i. vt melius cantes (ꝛ aſpice oēs aure ventoſi murmuris) .i. oēs venti ſonori (ceciderūt

adeo).i.certe(media via)vſq; ad mantuã ē nobis hic).i.ab hoc loco(nã ſepul-chrũ bianoris)illius viri(incipit apparere).i.videri.O(meri canamus hic vbi agricole ſtringũt).i.colligãt(denſas frondes depone hedos hic).i.ſedeamus hic:q2 quamuis ſederimus:tñ veniemus in vrbẽ(aut ſi veremur ne nox añ colligat pluuiã).i.ſi timemus ne pluat circa noctẽ(licet vt eamus cantantes vſ q;).i.ſp:q2(via minus ledet)nos cantantes(ego leuabo te hoc faſce).i.portabo ꝓ te hedos(vt eamus cantãtes).i.vt canas inter eundũ.Tũc meris reſpondet.O(puer).i.puerilis hõ(deſine plura).i.noli iſta nunc querere(⁊ agamus id qđ inſtat nũc).i.cogitemus de his rebus q̄ magis neceſſarie ſunt. ¶Cauſari ē cauſis ꝓbare.In epiſtola Pauli.Cauſati ſumus oẽs fuiſſe ſub peccato. Etiã ē cauſas allegare vel excuſare.Silere ē plus q̄ tacere:nã q̄ tacet nõ loquit:q̄ ſilet nullũ facit ſonũ.Aura eſt proprie ſplendor Hora.Tua ne retardat aura maritos Hinc aurũ dicit:⁊ aurora ponit ꝓ vento.vt hic.⁊ aere.vt in enei. Si veſcit aura etherea Itẽ ꝓ fauore.vt in.vj.Nimiũ gaudes popularibꝫ aues Bianor fuit ꝯditor vrbis mantue:qui alio noĩe ocnus vocabat:filius mantue filie tireſie vatis.Stringere ē ligare.vñ aſtringere alligare ⁊c.Seruius tñ interpretat ſtringere amputare decutere.Faſcis ē onus colligatũ vt portet Faſciculus paruus faſcis.Et qm̃ añ ꝯſulẽ romanũ lictores portabãt faſces virgarũ ꝓ inſignibꝫ:qñq; accipimus faſces ꝓ ꝯſolatu.vt in georgi.Illũ nõ populi faſces:nõ purpura regũ Flexit:⁊ infidos agitans diſcordia fratres.

Cauſari
Sileo
Taceo
Aura
Bianor
Ocnus
Stringo
Faſcis
Faſciculus
Faſces

## Aecloga.x.de inſano amore Cornelij Galli.

EXtremum hunc arethuſa mihi concede laborem
Pauca meo gallo,ſed quæ legat ipſa lycoris
Carmina ſunt dicenda,neget quis carmina gallo
Sic tibi cum fluctus ſubter labere ſicanos
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam
Incipe ſollicitos galli dicamus amores
Dum tenera attondent ſymæ virgulta capellæ
Non canimus ſurdis,reſpondent omnia ſyluæ.

¶Cornelius Gallus aſinij pollionis filius orator ⁊ poeta celeber.pmo fuit inter amicos auguſti a q̄ ꝯſtitutus ē pmus egipti prefectus.Poſtea tñ ob ſuſpitionẽ quaſi ꝯtra ceſarẽ ꝯiuraſſet occidit.De huius galli inſano amore hec ecloga tractat.Et pncipio poeta inuocat ſiculã muſam:q2 theocritus:quẽ Virgilius in hoc libro ſequit ſiculus fuit.Conſtru.O(arethuſa)tu nympha(ꝯcede mihi hunc extremũ laborẽ pauca carmina ſunt dicenda meo gallo)illi viro(ſed q̄ carmina ipſa lycoris)illa mulier legat(quis negat gallo carmina).i.quis non ſcriberet carmina de illo viro.O aretuſa(incipe.canere ſic amara doris).i.illa dea maris(nõ intermiſcat tibi ſuã vndã cũ labere).i.flues(ſubter fluctus ſicanos).i.ſub ſiculo mari(dicamus).i.cantemus(ſollicitos).i.nimios ꝉ ſollicitudine plenos(amores galli dũ ſime capelle attendẽt).i.tondẽt(tenera virgulta nõ canimus ſurdis q2 ſylue rñdent oĩa)i.reddũt nr̃a ꝟba ꝑ echo.Arethuſa ſm fabulas fuit virgo venatrix quã alpheus fluuius achaie amabat Cũq; eã amatorie ꝓſequeret ipa fugiens ⁊ auxiliũ diane petens in fontẽ mutat q̄ ē in ſicilia circa vrbẽ ſyracuſas:nã illuc ꝑ ſecretos meatus ſubmarinos ꝑuenit de grecia hoc ē qđ paulo poſt dr.Sic tibi cũ fluctus ⁊c.Lycoris ē nomẽ mulieris quam gallus adamauit.At illa Antonium ſequens in caſtra grauiter afflixit gallum

Gallus
Arethuſa
Lycoris

**Sicanis** — Sicania vocat̃ ſicilia. vñ ſicanus. i. ſiculus ł ſiciliēſis. Doris filia oceani ꝛ vxo
**Doris** — vxor neri. accipit̃ ꝓ mari. Solicitus ē valde anxius ꝛ valde curās. vñ ſolicitudo ni-
**Solicitus** — mia cura. Simus ḋr incuruus ł depreſſus naribꝫ. vñ ꝛ ſimia noīatur. Ouidius
**Simus** — quoqꝫ ſimā capellā appellauit. Suſtinet immundū ſima capella derē. Virgul
**Virgultum.** — tū ē virga vel frutex.

Quæ nemora, aut qui vos ſaltus habuere puellę
Naiades, indigno cum gallus amore periret
Nam neqꝫ parnaſi vobis iuga, nam neqꝫ pindi
Vlla moram fecere, neqꝫ aoniæ aganippæ
Illum etiam lauri, etiam fleuere myricæ
Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem
Menalus, & gelidi fleuerunt ſaxa licæi.

¶Conſtr. O (puelle naiades). i. o nymphę (q̃ nemora aut q̃ ſaltus habuē vos)
. i. ī quibꝫ nemoribꝫ aut ſaltibꝫ fuiſtis (cū gallus periret amore indigno). i. male
(nā neqꝫ vlla iuga ꝑnaſi) illius mont̄ (neqꝫ vlla iuga pindi) mont̄ fecert̃ vobis
morā). i. tenuerūt vos (neqꝫ aganippe). i. ille fons (aonię) illius regionis. ſ. fe-
**Nemus** — cit vobis morā etiā lauri fleuerūt illū gallū (etiā myrice) fleuert̃ illū (etiā mena
**Saltus** — lus) ille mons (pinifer). i. q̃ pinos fert. ſ. fleuit (illū iacentē ſub ſola rupe). i. de-
**Naiades** — ſerto ſaxo (ꝛ ſaxa gelidi lycei) illius frigidi mont̄ fleuert̃ illū gallū. ¶ Nemus
**Oreades** — ḋr ſylua in q̃ pecora paſcunt̃: qꝛ nemo grece ē̃t paſco. Saltus āt ē ſylua denſior
**Pindus** — vbi fere ſaliūt. etiā ē actio ſaliendi. Naiades ꝓprie ſt̃ nymphe fontiū ſed hic ac
**Aganippe** — cipit̃ generaliter. nā nymphe montiū ꝓprie dicunt̃ oreades. Pindus ē mons in
**Lyceus** — theſſalia. Aganippe ē fons in aonia muſis dicatus q̃ ab eo vocant̃ aganippe-
**Gelidus** — des. Liceus ē mons in arcadia. Gelidus. i. frigidus ꝛ fit a noīe gelu.

Stant & oues circum noſtri nec penitet illas
Nec te pœniteat pecoris diuine poeta
Et formoſus ouis ad flumina pauit adonis
Venit & opilio, tardi venere ſubulci
Vuidus hyberna venit de glande menalcas
Omnes vnde amor iſte rogant, tibi venit Apollo
Galle quid inſanis inquit, tua cura licoris
Perqꝫ niues alium perqꝫ horrida caſtra ſecuta eſt.

¶Conſtru. (Et oues ſtant circū) gallū (nec penitet illas nr̃i). i. oues letant̃ de
nobis q̃ ſcripſimus de eis: ꝛ o (diuine). i. magnus poeta galle nō (peniteat te pe
coris). i. nō erubeſcas de ouibꝫ (ꝛ). i. etiā (formoſus adonis pauit ouis). i. oues
(ad flumina). i. ꝓpe aquas (ꝛ). i. etiā (opilio). i. cuſtos ouiū venit tardi ſubulci
venere ad gallū (menalcas) ille vir (vuidus). i. madidus ł pinguis (de hiberna
glande). i. q̃ colligit̃ in hieme) oēs p̄dicti rogāt). i. interrogāt gallū (vñ ſit amor
iſte). i. tā vehemēs ł tā turpis (apollo venit tibi). i. ad ꝯſolandū te: ꝛ apollo (in-
quit). i. dixit. O (galle q̃d inſanis lycoris tua cura). i. amica tua ꝑ q̃ ſoles tantā
gerē curā (ſecuta ē aliū) virū (ꝑ niues ꝛ ꝑ horrida caſtra) hoc ē: ipā nihil curat
te ſed potius antoniū quē ſecuta ē etiā in loca frigida ꝛ horrida. ¶ Poete di-
**Diuini poete** — cunt̃ diuini Plato. ꝛ Cice. teſtibꝫ: qꝛ ſine diuino afflatu nemo fit bonus poeta.
Adonis filius cynare regis ex myrrha filia q̃ cū p̄re neſciente ꝯcubuit. Adonis
**Adonis** — āt formoſiſſimus adoleſcēs fuit amatus a venere ꝛ tandē interēptus ab apro.
vñ inſtituta ſt̃ ei feſta in quibꝫ eius mortē flebāt gentiles qḋ etiā ꝓpheta teſt

Ezechiel. Opilio dr cuſtos ouiũ quaſi ouilio ꝛ cauſa metri mutat o primũ in u qꝛ opilio corripito. Subuculus q̇ ſues paſcit. Tardus dr q̇ nõ ē feſtinus vel q̇ nõ eſt ingenioſus. Uuidus dr interius madidus. vñ vua. Serui. hic interpretat ꝑ pinguis. ſ. impinguatus glandibus. Hibernus eſt hyemalis. vt hiberna ſiligo. Caſtra ſunt tentoria militũ: vel ipſi milites. Unde Jacob videns angelos dixit. Caſtra dei ſunt hec.

Opilio
Subulcus
Tardus
Uuidus
Hibernus
Caſtra

Venit & agreſti capitis ſyluanus honore
Florentes ferulas & grandia lilia quaſſans
Pan deus archadie venit, quem vidimus ipſi
Sanguineis ebuli bacchis minioq̧ rubentem
Et quis erit modus inquit, amor non talia curat
Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis
Nec cythiſo ſaturantur apes, nec fronde capelle.

¶ Conſtru. (Syluanus venit etiã agreſti honore capitꝭ). i. hñs ſertũ in capite (quaſſans). i. quatiens (florẽtes ferulas) eas herbas (ꝛ grandia lilia pan deus arcadie venit) ad gallũ (quẽ) pana nos (ipi vidimꝰ rubentẽ ſanguineis baccis). i. fructibꝫ (ebuli) illius arboris ꝛ rubentẽ (minio) illo colore (ꝛ pan inquit) ad gallũ (quis erit modus). ſ. triſtitie tue (amor nõ curat talia) opa qualia tu facis (crudelis amor nõ ſaturat lachrymis nec gramina ſaturant riuis). i. irrigatione (nec apes ſaturant cythiſo). i. illa herba (nec capelle ſaturant fronde). Syluanus vocat a poetis deus ſyluarꝫ ꝛ agrorꝫ. Ferula ē arbuſcula ł frutex quidã: cuius ligno qꝛ leuiſſimũ eſt ſenes vtunt baculo. Eſt etiã ꝟberaculũ ludimagiſtrorꝫ a feriendo dictũ. Bacca ē frutex lauri olee ꝛ corni: ſed hic ꝑ acino ponit. Nam acini ſunt grana vue ſambuci/ebuli. Ebulus ē arbuſcula ſimilis per oĩa ſambuco: ſed breuior. Miniũ ē ruber color.

Syluanus
Ferula
Bacca
Acinus
Ebulus
Minium

Triſtis at ille tamen cantabitis arcades inquit
Montibus hæc veſtris ſoli cantare periti
Arcades, o mihi tum q̃ molliter oſſa quieſcent
Veſtra meos olim ſi phyſtula dicat amores
Atq̧ vtinam ex vobis vnus, veſtriq̧ fuiſſem
Aut cuſtos gregis aut mature vinitor vue
Certe ſiue mihi phyllis, ſiue eſſet amintas
Seu quicunq̧ furor, quid tum ſi fuſcus amintas
Et nigre viole ſunt, & vaccinia nigra
Mecum inter ſalices lenta ſub vite iaceret
Serta mihi phillis legeret, cantaret amintas
Hic gelidi fontes, hic mollia prata liquori
Hic nemus, hic ipſo tecum conſumerer æuo
Nunc inſanus amor duri me martis in armis
Tela inter media, atq̧ aduerſos detinet hoſtes
Tu procul a patria, nec ſit mihi credere tantum
Alpinas ah dura niues, & frigora rheni

Me ſine ſola vides, ah te ne frigora lędant
Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas
Ibo, & chalcidico quæ ſunt mihi condita verſu
Carmina, paſtoris ſiculi modulabor auena.

¶ Hic inducit gallus rñdere prędictis ꝯſolatoribꝫ. Deinde lycoridē alloquit̄.
Conſtrue. (At ille) gallus (inquit triſtis: o arcades) q̄uis amore ego pereā tñ
vos cantabitis (hęc) mea mala in (veſtris montibꝫ: o arcades qui ſoli eſtis periti
cantare: q̄ꝫ molliter oſſa tūc quieſcēt mihi: ſi vr̄a phyſtula dicet olim) .i. poſthac
(meos amores) .i. ſi cantabitis de grandi amore meo erit oſſibꝫ meis grande ſo
latiū (atqꝫ vtinā fuiſſem vnus ex vobis ⁊ fuiſſem aut cuſtos vr̄i gregis aut vini
tor maturę vuę: certe ſiue phillis eſſet mihi) amica (ſiue amintas eſſet mihi) ami
cus (ſeu quicūqꝫ furor) .i. amor ł amaſius (qd̄ tū) .i. tūc ē (ſi amyntas ē fuſcus)
.i. niger (⁊ viole ſt̄ nigre ⁊ vaccinia ſt̄ nigra: phillis iaceret mecū inter ſalices:
ſub lenta vitę phillis legeret) .i. colligeret mihi ſerta ⁊ amyntas cantaret mihi.
Deiñ apoſtrophat ad Lycorim amicā dī. O lycori (gelidi fontes ſt̄ hic ⁊ mollia
prata ſt̄ hic: nemus ē hic) ego (ꝯſumerer tecū hic ipſo ęuo) .i. vitā meā finirē hic
tecū (inſanus amor detinet nūc me in armis) .i. inter arma (duri martis: atqꝫ in
ter media tela) .i. in medio telorꝫ (atqꝫ inter hoſtes aduerſos) .i. ad nos ꝯ̄ſos.
Iſtud intellige nō q̄ gallus erat in caſtris: ſed q̄ lycoris illic erat corpore: gal
lus ibi ſe eſſe fatet̄ aīo. ſequit̄ (Ah dura lycoris tu ſola ſine me ꝓcul a patria vi
des niues alpinas) .i. alpiū (⁊ frigora rheni) .i. q̄ ſt̄ circa rhenū (nec ſit mihi cre
dere tm̄ nefas: ah ne frigora lędāt te: ⁊ ne aſpera glacies ſecet tibi teneras plā
tas) .i. pedes (ibo ⁊ modulabor) .i. cantabo (auena) .i. fiſtula (ſiculi paſtoris) .ſ.
theocriti (carmina q̄ ſt̄ ꝯdita mihi) .i. ꝯpoſita a me (chalcidico ꝟſu) .i. de eupho
Olim rione chalcidenſi poeta. ¶ Olim qñqꝫ ſt̄ quondā ł prius ⁊ ſic requirit ꝟbū prę
teriti tp̄is. Hora. Olim trūcus erā ficulnus: inutile lignū. Qñqꝫ ſt̄ poſthac ⁊ re
quirit ꝟbū futuri tp̄is vt hic. Vr̄a meos olim ⁊c̄. qñqꝫ ſt̄ tā diu tūcqꝫ petit ꝟbū
Vinitor pn̄tis tp̄is ꝑlini. Olim nullas mihi ep̄las mittis. Vinitor dr̄ q̄ vinū pręparat ł
Furor vineā regit. Furor ꝓ amore turpi ponit̄ q̄ plenus ē furore. Alpes ſt̄ alti montes
Alpes inter italiā ⁊ galliā atqꝫ germaniā. Iñ alpinus ad alpes ꝑtinēs ł in alpibꝫ exi
Alpinus ſtens. Chalcis eſt vrbs in inſula gręcie q̄ euboia dr̄ ex chalcide fuit euphorion
Chalcis poeta: cuius libros gallus tranſtulit in latinū: quā rē hic tangit Virgilius.

Certum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarum
Malle pati, teneriſqꝫ meos incidere amores
Arboribus, creſcent illæ, creſcetis amores
Interea mixtis luſtrabo menalla nymphis
Aut acres venabor apros, non me vlla vetabunt
Frigora, parthenios canibus circundare ſaltus
Iam mihi per rupes videor, lucoſqꝫ ſonantes
Ire, libet partho torquere cydonia cornu
Spicula, tanq̄ hæc ſint noſtri medicina furoris
Aut deus ille malis hominum miteſcere diſcat.

¶ Oſtendit ex his ꝟbis galli quanta ſit leuitas ⁊ inconſtantia in amantibꝫ. nā
gallus multa ac diuerſa ſtatuit: ſed tandē cuncta damnat. Conſtru. (Certū ē mi
hi) .i. omnino decreui (malle pati) hāc miſeriā (in ſyluis inter ſpelęa) .i. ſpelun
cas ferarū: ⁊ certū ē (incidere) .i. inſculpere (meos amores teneris arboribꝫ il
le) arbores (creſcēt) ⁊ vos amores (creſcetis) cū arboribꝫ (interea) .i. poſtea (lu

ſtrabo menala).i.circuibo illū montē(mixtus).i.ſociatus(nympha:aut venabor).i.capiā(acres apros:vn̄ vlla frigora vetabūt me circundare caniƀ parthenios ſaltus).i.ſyluā illius montis(videor mihi iam ire).i.videt̄ mihi ꝙ eo ꝑ(rupes).i.montes ſaxoſos:⁊ ꝑ(lucos).i.arbores ſonantes(libet mihi torquere).i.iacere(cydonia ſpicula).i.cretenſes ſagittas(partho cornu).i.parthico arcu(tanꝗ̄ hęc)opa(ſint medicina).i.leuamē(nr̄i furoris).i.ꝑturbationis(aut tanꝗ̄ ille deus).i.amor(diſcat miteſcere malis hoīm)hoc ē amor ita crudelis ē vt nullis miſeriis hoīs moueat̄. Spelęū grecū nomē ē ſ̄cās id qḋ ſpelūca. Venari ē feras capere.vn̄ venator ⁊ venabulū. Parthenius ē mons arcadie:dictus a ꝟginiƀ illic venari ſolitis:q̄r parthenos grece dr̄ virgo. Alij dicūt flumē eſſe. Cydon ē vrbs in inſula creta vbi ſ̄t optimi calami ad ſagittas faciendas. Parthi populus orientalis maxime vtunt̄ arcuƀ in prelio. Miteſcere ē mitis fieri. Mora. Nemo adeo ferus ē vt nō miteſcere poſſit. — Spelęum; Venari; Parthenius; Cydon; Parthi; Miteſco

Iam neq; hamadriades rurſus, nec carmina nobis
Ipſa placent, ipſe rurſus concedite ſyluæ
Non illum noſtri poſſunt mutare labores
Nec ſi frigoribus medijs, hebrumq; bibamus
Sythoniaſq; niues hyemis ſubeamus aquoſæ
Nec ſi cum moriens alta liberaret in vlmo
Aethiopum verſemus oues ſub ſydere cancri
Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

¶ Nūc gallus ſua ꝯſilia damnās dicit amorē ſuū nullo labore poſſe leuari. Et q̄r amor oīa vincit:ſe quoq; illi velle cedē. Conſtrue. (Neq; hamadriades)ille nymphę(placēt rurſus nobis:nec carmīa ipa placēt nobis:o ſylue vos ipē ꝯcedite).i.recedite(rurſus).i.iterū(nr̄i labores nō pn̄t mutare illū).ſ.amorē(nec).i.etiā nō pn̄t mutare(ſi bibamus hebrū)illū fluuiū(medijs frigoriƀ).i.in medio hyemis:⁊ ſi(ſubeamus).i.adeamus(ſythonias).i.ſcythicas(niues aquoſe hyemis)nec labores nr̄i pn̄t mutare amorē(ſi ꝟſemus)i.paſcamus(oues ęthiopū)illius ppl̄i(ſub ſydere cancri).i.qn̄ ſol ē in illo ſigno ł q̄ ęthiopia ſita eſt ſub cancro(cū liber).i.cortex(moriēs aret in alta)vlmo(amor vincit oīa)ꝫ etiā(nos cedamus amori).i.ſuccumbamus amori. ¶ Hamadriades appellant̄ a poetis nymphę arboꝝ q̄ cū arboriƀ ⁊ naſci ⁊ mori dicunt̄ ab hama qḋ eſt ſimul:⁊ drys quercus. Hebrus ē frigidus in thracia fluuius. Sython ē mons in thracia niuoſus.vn̄ ſythonius.i.thraſius ł ſcythicus:q̄r thracia ē ad ſcythiā:ł pars eius. Liber ꝓprie ē interior cortex:⁊ q̄r veteres in illo ſcribebāt:ideo etiā codicē ſ̄t. Aethiopes ſunt populus niger ⁊ ardore ſolis aduſtus. Sūt autē vltra egyptū ꝓpe torridā zonā:ſub ſigno Cancri. — Hamadriades; Hebrus; Sython; Sythonius; Liber; Aethiopes

Hæc ſat erit diuæ veſtrum ceciniſſe poetam
Dum ſedet, & gracili fiſcellam texit hibeſco
Pierides, vos hæc facietis maxima gallo
Gallo, cuius amor tantum mihi creſcit in horas
Quantum vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus
Surgamus ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra
Iuniperi grauis vmbra, nocent & frugibus vmbræ
Ite domum ſaturæ, venit heſperus, ite capellæ.

¶ Hic Virgilius hoc opus ꝯcludit alloquēs muſas. Conſtrue. (O diue pierides).i.o muſe (erit ſat).i.ſatis (vſm poetā).i.me ꝟgiliū (cecinisse hec) predicta (dū) ipe poeta (ſedet ⁊ texit).i.ꝯponit (fiſcellā).i.vaſculū (gracili) tenui (hibiſco).i.de illa herba: o pierides (vos facietis hec) carmina (maxima).i.valde accepta (gallo Gallo) dico (cuius amor creſcit mihi in horas).i.ꝑ ſingulas horas (tm̄).i.tā valde (quantū).i.q̄ȝ valde (viridis alnus ſubijcit ſe).i.ſurſum iacet ꝉ erigit ſe (vere nouo).i.in ꝑma parte veris (ſurgamus).i.ceſſemus: qꝛ (vmbra).i.vmbroſus locus (ſolet eſſe grauis).i.noxius cantantibꝫ (vmbra iuniperi eſt grauis: ⁊ vmbre nocēt etiā frugibꝫ: o capelle ſature).i.ſaturate (ite domū quia heſperus).i.veſꝑ venit.

Fiſcella
Fiſcina
Subijcio
Grauis
Heſperus

¶ Fiſcella ē vaſculū vimineū ꝉ ſportula de viminibus facta: ⁊ ē diminutiū a noīe fiſcina qđ ſt ſportā. vt in geor. Nūc facilis rubea texat fiſcina virga. Alij a fiſcus formari putāt. De hibiſco ſupertus. Subijcere qn̄q; ſt ſubdere. vt in Pſā. Subiecit deus populos nobis. Qn̄q; ē ſurſum iacere ꝉ erigere vt hic. Quantū vere nouo ⁊c. Grauis ē ponderoſus. vt graue ſaxū. Eſt etiā id qđ moleſtus. Juuena. Jā grauis es nobis. Jtē grauis dꝛ nō ioſoſus: ſed maturus. vt grauis vir. Jtē noxius. vt hic. Heſperus ē ſtella veſꝑtina q̄ noctē aduenire denunciat. Appellaꝛ etiā veſꝑ ⁊ veſperugo. vt ē apđ Plautū. Hec adoleſcentibꝫ bonaꝝ artiū ſtudioſis ꝯſcripſi: petens ab his quibꝫ aliqđ emolumenti ꝯtulerit nr̄ labor: vt ꝉ ſemel ꝓ mea ſalute dicāt oratione dominicā cū ſalutatione virginis matris dei. Cui laus ⁊ honor in ſecula. Felix finis Amē

¶ Sequitur Tabula.

# TABVLA.

☞ Index vocū in hoc vtili opere contentarū quæ litterarū ſerie annotate ſunt, nūeriſq; paginarū accommodatæ quo facile querentes ad manus habeant, ne longæ inqſitionis tedio afficiant.


| | | |
|---|---|---|
| Auena ij. Aruum ij | Amnis xv | ¶ Bucolica quid i |
| Amaryllida eodem | Aequiparo eodem | Bos ij. Britanni. iiij |
| Auguſtus deus eodem | Apotheoſis eodem | Barbarus 4. Bauius x |
| Adeo vſq; adeo eodem | Aruiſū xvj. Aegle xvj | Baccar 12. Bacchus 15 |
| Arbuſta iij. Araris iiij | Atomus xvij. Aia codē | Bitumē 25. Bruma 21 |
| Apher eodē. Ariſta 4 | Athalantha xviij | Bucula. Buccula xxv |
| Alliū v. Amphion eođ | Aones xix. Aonides 19 | Bianor 28. Bacca 29 |
| Aracinthus eodem | Apium. Argutus codē | ¶ Calamus ij |
| Acteus v. Anethū vj | Areo xxj. Alcides xxij | Capella. Corylus codē |
| Auſter vij. Anſa ix | Abies. Abiegnus codē | Catulus iij |
| Achanthus eodem | Alnus 23. Amor codē | Componere eodem |
| Amebeū carmen codē | Arion 24. Adolere 24 | Cupreſſus eodem |
| Arbos. Aerius codē | Agellus 26. Anſer 27 | Contagium iiij |
| Arbutus x. Aſtyſinos x | Aſtrum. Aſter codē | Contagio. Ceſpes codē |
| Anguis. Aries eodem | Aſteriſcus eodem | Culmē 4. Cythiſus v |
| Amoris incommoda xj | Apricus. Apricari 27 | Cacumen. Crudelis v |
| Aruū. Aſtrea codē | Aura 28. Arethuſa eođ | Cicade codē. Caſa vj |
| Apollo xj. Amomū x | Aſcra 19. Aganippe 28 | Caſura. Cicuta eodem |
| Armentum xij | Adonis 28. Acinus 29 | Compigo Capreolus 6 |
| Argo. Achilles codē | Alpes. Alpinus codē | Calathus. Caſia codē |
| Arcadia 13. Aequus 14 | Aethiopes xxx | Caltha. Canus eodem |
| Antrum. Alcon codē | Alio xxv. Alga xxj | Cereus codē. Cuius 7 |

# TABVLA.


Caper viij.Carectū 8
Carex.Corimbus codē
Conon eodē.Camene 9
Congero eodem
Chinamomum x
Colocaſia xij
Cunabula.Campus xij
Conuexus xiij
Calliopea.Concedo 13
Codrus 14.Cardu⁹ 15
Candidus xvj
Crater.Ceres eodem
Cynthus.Cynthius 16
Cantharus xvij
Chorus.Compello xix
Colurnus 22. Cęlū 23
Circe 24.Credulus 25
Cilium 23. Cos xxiiij
Cupido eodem
Cio.Accio etc̄ xxv
Colonus.Colonia xxvi
Cliuus.Chaonia eodē
Cano 25.Cremona 27
Credulus.Cyrnos eoꝺ
Cinna.Cygnus eodem
Cygneus eodem
Cauſari 28. Caſtra 29
Chalcis 29.Cydon 30
Cothurnus xxij
¶Diuus iij
Dumus.Denſus v
Deniqȝ.Deſio eodē
Dirceus.Daphnis eoꝺ
Daphne 6.Dardanus 7
Depono viij.Delia ix
Driades.Donare xvj
Durare xvij
Deucalion.Dicteus 18
Dulichiū.Diſtendo xix
Decerrare xx.Defēdo 21
Dama.Dignus xxiij
Deſpicio eodē
Demitto 26.Dione 27
Doris xxviij
Diuini poete eodem
¶Ecloga 1
Exire iij.Excipere viij
Effugere x.Eruum xj
Exitium eodem
Etates quattuor eodē
Etas.Euū.Sęculū xj
Epicediū xiiij
Equiparo xv
Epitaphium xiiij
Epicurei xvij
Eurotas xix
Epanalepſis eodem
Examē xx.Echinus 21
Electrū xxiiij
Effigies.Effigiare 25
Exuuie 25.Ebulus 29
¶Fagus ij
Fatuus ij. Fętus iij
Fortunatus.Fetus iiij
Feta.Frondator eodē
Fretū eodē.Frondes v
Fumare.Formoſus eoꝺ
Faſtidiū eodem
Frondoſus.Faſtidio 7
Falx viij. Facere x
Fraga.Frigidus eodē
Faſcinū.Faſcinare xj
Flauus.Flaueſcere xij
Fuſus.Fatum xiij
Funus xv. Fęlix xvj
Fauni xvij.Fulcio xviij
Forte xix.Fęmina xx
Fetura.Focus xxj
Fuligo 21.Fraxinus 22
Feſſus.Ferio xxv
Faſcis.Faſciculus 28
Faſces eoꝺ.Ferula 29
Furor eodem
Fiſcella.Fiſcina xxx
¶Gemelli ij
Galathea iij.⁊ xxj
Gręcus vtūs codē
Germania iiij
Grex.Gortyna xviij
Grineū 19.Gemma xxj
Gratus.Gryphes xxiij
Garamantes xxiiij
Galathea 27
Gallus.Gelidus xxviij
Grauis xxx
¶Hedus iij
Hybla iiij.Hibiſcū v
Hedera viij.Herba ix
Hiacynthus eodem
Heros xij.Hilaro xvj
Hylas Hyppomanes 18
Heſperides eodem
Hedera poetarū xx
Hirſutus xxj
Hibernus xxix
Hamadriades xxx
Hebrus Heſperus eoꝺ
¶Imbuo ij
Inuidere ij. Iners iij
Infortunatus iiij
Iuncus eodem
Inſero.Informis v
Iuuenci.Iugum eodē
Iuppiter ix.⁊.xxj
Iolas x. Irritus xij
Iurgiū.Inflare xiiij
Iulius xiiij.Illaro xv
Iacchus.Iſmarus xvij
Ilex xviij.Inguen xix
Illioſus.Ilia xx
Iliacus.Inuidia eodē
Iuniperus xxj
Imber x. Iuuenca 22
Illyria xxij
Incumbere xxiij
Intercalaris ꝟſus eodē
Inſidus.Inter xxv
Imminere Inſanus 27
Imber x.⁊.xxj
¶Lentus ij
Lento.Lenteſco eodem
Leuus ij. Libertas iij
Limoſus.Limes iiij
Lacertus.Luſtrare v
Liguſtrū v. Luteus vj
Luteolus Lanugo eodē
Leena.Lea vij
Lyciſca viij.Laceſſo ix
Laſciuus.Laſciuia eoꝺ
Lucina xj.Linus xiij
Labruſca xiiij
Libare.Loliū xv
Luthū xiij. Lictos xvj
Leuis xviij. Lucus xix
Libethrides xx
Liba xxj. Liber xxx
Laurea.Lynx xxij
Lucifer xxiij.Liciū xxv
Liciatorium eodem
Lego xxvj. Limus xxv
Lupus.Lycoris xxviij
Lyceus eodem
¶Meditor ij
Muſa.Menini eodem
Męſtus iij
Myrtus vj

# TABVLA.


Miſes iiij. Medea 24
Mulctra viij
Mulctrale eodem
Mora xvij. Meuius x
Mulgere hircũ eodem
Myrice xj. Merces 13
Murex. Mundus eodẽ
Marſia xiiij
Muſcus xviij
Myntius xx
Menalus. Maritus 23
Marito eodem
Meſculum thus xxiiij
Magia. Magus eodẽ
Motare xvij
Mulier. Mas xx
Mola. Medeor xxv
Mando eodem
Migrare. Mars xxvj
Martius eodem
Mantua xxvij
Minium xxix
Miteſco. xxx
¶ Nouale iiij
Nympha. Narciſſus vj
Nuces eodẽ. Ne vij
Nego. Nouerca viij
Nunc̃ ix. Natalis x
Nauticus. Nuto xiij
Nerine xxj
Naiades xvij. ⁊. xxviij
Numerus xvij. ⁊. xxvij
Nereus eodem
Nyſus xix. Nobilis 22
Nemus xxviij
¶ Ocium ij
Ouile eodẽ. Opacus 4
Oxris iiij. Obijcere 8
Orpheus ix. ⁊. xiij
Orphei xiij. Oliua xiiij
Olympus xvj
Orni xix. Ocyus xx
Ocior xx. Ora xxij
Oeta xxiij. Olor xxvij
Oblitus xxvij
Ocnus. Oreades xxviij
Opilio. Olim xxix
¶ Patulus ij
Patria eodẽ. Poſt. iij
Peculium eodem
Peculiaris eodem
Preſens eodem
Palus. Pabulũ iiij
Palumbes eodem
Pererro Parthus eod
Pan vj. Pinus iij
Phyſtula. Pomũ vj
Pruina eod. Paris 7
Pallas. Putare vij
Pecus eodem
Parcius. Proripere 8
Poculũ. Pocillũ eodẽ
Parturio. Peto ix
Phebus daphne eodẽ
Phyllida. Pollio x
Petere cornu eodẽ
Pierides eodem
Pentaphylum eodem
Precipere eodem
Preſſare. Palma eodẽ
Palmipedes xj
Pratũ xj. Pacare xij
Paternus eodem
Patricius eodem
Patrius. Paſſim eodẽ
Paulatim eodem
Pinus. Parce xiij
Phylis. Puniceus 14
Penus. Pales xv
Paliurus eodem
Pedum. Pagina xvj
Pagella. Pango eodẽ
Pergere Parnaſus 17
Pyrrha Paſiphe xviij
Prometheus eodẽ
Pretus. Pretis eodẽ
Phetontiades eodẽ
Pheton Procerus eod
Permeſſus xix
Progne eodem
Philomena eodem
Poſthabeo xxij
Poetes. Poeta xx
Priapus. Palmes xxj
Preuenio xxiij
Proficere eodem
Prolixus eodem
Preceps xxiiij
Pharmaceutria eodem
Perfidus Pontus xxv
Pene xxvj
Parentheſis eodẽ
Pindus xxviij
Parthenius xxx
Parthi eodem
Pampinus xxj
¶ Quin vij
Quoties x
Quadrupes xv
¶ Radere iij
Rupes iiij. Rapidus v
Radius viij. Rubus x
Ripa. Reijcere eodẽ
Riuus xj. Roſidus xij
Raſtrum xiij
Racemus. Roſetũ xiiij
Rhodope xvij
Rumino. Rumen xviij
Ramoſus xx
Ruſcus xxj
Reuiſere Requieſco 22
Referio xxvj
¶ Stultus iij
Serus. Septũ eodem
Summittere eodem
Salictũ. Suſurrus iiij
Suſurrare eodem
Studiũ. Spinetũ v
Serpillũ Siculus eodẽ
Succus. Subducere 7
Sacellũ. Stipula viij
Senſus ix. Sector x
Satũ x. Sicelides xj
Sicilia. Sibilla eodẽ
Saturnus eodem
Sentes. Sentus xij
Sulcus eodem
Sandix. Soboles xiij
Saliunca xiiij
Sopor xv. Satyri xvj
Sibilus. Syracuſe eod
Silenus. Sertũ xvij
Scylla nyſi xix
Scylla phorci eodem
Serius. Seta xx
Serio xxij. Sura xx
Sinus. Sardoa xxj
Sua. Solſtitiũ eodem
Stupor xxij
Stupefactus eodem
Sophocles eodem
Supercilium xxiij
Succinũ. Specula 24
Speculor eodem
Syſtole xxv
Scelus xxvj

# TABVLA.


| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Scythis | iiij | Triſte x. Telis | xij | Vnedo. Veruex | x |
| Sudare | xxiiij | Tethis. Typhis | codē | Vlna xj. Vector | xiij |
| Sceleſtus | xxvj | Tigris. Thyaſus | xv | Vulcanus | eodem |
| Scelerare | eodem | Thyas. Tirſus | xv | Vir. Mulier | xx |
| Sacrilegus | eodem | Thalia xvj. Tereus | 19 | Vates. Vaticinor | codē |
| Suſpicere | xxvij | Thymus | xvj. z. xxj | Vaticiniū. Viuax | codē |
| Sileo. Stringo | xxviij | Teda. Torrens | xxj | Vitiū. Vitare | xxj |
| Sicania. Solicitus | eod | Timauus | xxij | Vireo eod Vltro | xxiiij |
| Sinius. Saltus | eodē | Tremulus | xxv | Vltroneus. Vlula | 24 |
| Subulcus | xxix | Tempora | xxij | Vitta. Verbena | eodē |
| Siluanus | eodem | Tibia 23. Taxus | xxvij | Vlyſſes | eodem |
| Spelęū. Sython | xxx | Taceo 28. Tardus. | 29 | Venenum | xxv |
| Sythonius Subijcio | 30 | ❡ Virgilij natalis | 1 | Vereor. Verſare | xxvj |
| ❡ Turbatur | ij | Vmbra. Vmbella | ij | Verſus 26. Varius | 27 |
| Tondere. Taurus | iij | Vſqueadeo | eodem | Voluto. Ver | eodem |
| Tigris. Tuguriū | iiij | Vrbs. Viburnū | iij | Vmbraculum | eodem |
| Toruus. Trado | vij | Vlmus iiij. Villa | v | Virgultum | xxviij |
| Tranſuerſa | viij | Veſtigiū. Vacciniū | v | Vinitor. Viuidus | xxix |
| Triuiū. Tute | eodē | Viola vj. Vimen | vij | Venari | xxx |
| Tornus | eodem | Viciſſim. Vitula | viij | ❡ Zephyrus | xiiij |
| Theocritus | xj | Vltro. Venus | ix | | |


FINIS.


Impreſſum Anduerpiæ Per GVILHELMVM Vorſtermannum. Anno domini. M.CCCCC. XXI. xxix. Maij.


FINIS.

Societatis Jesu Paderb.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
597